ſuam ignorantiã. Atq; e duobus malis multo leuius eſt legis imperitiã cõſiteri: q̃ iactare prudẽtiam:&
neſcire quod dicitur. Euẽtila inquit Hieronymus om̃es iudeorũ Synagogas,& nullum poteris in venire Hieronim
doctorem:qui ſancta precipiat,cõtemptis diuitijs,doceat paupertatẽ. Audi Hieremiã lamẽtantem hanc
cimeriam in pphetis cęcitatẽ. Prophetę tui viderunt tibi falſa & ſtulta,nec aperiebãt iniquitatem tuã
vt te ad penitẽtiam prouocarẽt. Dedit enim illis deus pueros principes,& effęminatos, ſublatis ſenibus Treno.2.
cõſiliarijs & ſapiẽtibus. Eſai.3. Deniq; eo amentię venerũt:vt dicant, Meſſiam ſuum natum:in Die quã
hieruſalẽ diruta eſt a Tito & patre ſuo Veſpaſiano. Si requiras ab eis,vbi ergo nũc diuerſatur? Eſt inq̃-
unt cum angelis in mõte Sina,vel ſedet cum pauperibus in vna portarũ vrbis Romę vel pegrinatur per
orbẽ p peccatis iudęorũ. Vel eſt vltra montes caſpios,preſtolatur enim dei iuſsionẽ,vt educat e ſeruitu-
te filios iſrael. Hoc mãdatum nunc nr̃o hoc ſęculo accepat ſuus ille diu expectatus Meſſias anno videli-
A cet.155o. Et ecce iã adeſt annus.1550,& nõ dum venit. Fuerunt autem in hiſpania duo falſi prophetę/ali
ter in ciuitatę Abulenſi,alter in oppido de Aillõ,qui pręfixerunt terminum aduentus ſui AntiChriſti ad
annũ domini.1295. Eodem ãno mẽſe quarto,vltima die mẽſis expẽderunt multa in Paupes: humiliati/
ſunt in ieiunio & ſacco & cinere. Et ingreſsi ſynagogas cãdidati vel ſericis amicti, Operante altiſſimo meſſias q̃-
multę cruces apparuerũt in pallijs eorum,etiam in his quę domi aſſeruabãt. Hęc alij diabolicis artibus dam.
tribuebãt:alij tacebãt,& gemebãt quaſi columbę seductę nõ habẽtes cor. Pauci tamẽ ex illis cõuerſi ſũt Oſeę.
Deniq; magiſter Ioãnes natione iudęus,ad fidem cõuerſus ita ſcribit iudęis Hiſpanię. Vos ſperabatis Me
ſſiam vẽturum anno dñi.1500. Id inquit tempus iam trãſijt per ãnos ſex. Vidiſti inſanias & meras nugas
doctorum legis Moſaicę,& q̃ vere dixit propheta,claudet dñs oculos veſtros.&c̃. Deniq; audi quomõ
exponunt illud Prouerb,8. Ludens coram eo oĩ tempore. Angeli(inquit quidam eorum Rabbi) viſa le-
ge Moſi recõdita apud deũ ſanctũm:dixerũt. Hãc dabit nobis deus. Et illa:nõ inquit,ſed hoibus tribuat
B Dicũt & illud. Annis.30. quibus Adam propter mortem Abel abſtinuit ab vxore, cõgrediebatur alteri
vxori noĩe Lilis,illaq; cõcipiebat,& pariebat dęmones, Dicũt vlterius:q̃ hircus qui offertur Nũ.ca.28.
Offertur pro peccato dei,eo q̃ fecerit lunã ſole minorẽ. Dicũt & illud. Deus in qualibet prima vigilia no iudę.cęcit.
ctis rugit velut leo,quia tẽplum iudęorum diruit,iudęos diſperſit. Quãdo ergo iter rugiẽdum lachryma-
tur,lachrymę eius deſcẽduut in mare,& hoc eſt fulgur, Cum autẽ ſuſpirat vel mauu percutit vel mouet
pedes ſub throno gl̃ię ſuę,id eſt tonitrũ. Si requiras ab eis,quid agit deus:tribus inquiũt primis horis di-
ei legi Talmudicę incũbit: Tribus ſequẽtib⁹ pueros legem docet,quam morte pręuẽti,nõ potuerũt ad-
dicere:tribus ſequẽtibus hoies iudicat:trib⁹ vltimis ludit cũ Leuiatan:cuius femellę Carnes ſale cõditas
Meſsię reſeruat & iudęis cum eodẽ epulaturis in tabernaculo cõfecto e pelle eiuſdem. Noctu quid facit?
Equitat inquiũt ſuper cherubi.18.milia mundos. Quid faciebat deus anteq̃ iſtos cõcederet mũdos? Sicut
figulus inquit. Quia enim nõ recte facti erãt,deſtruebat eos,turſumq; reficiebat, donec tandem perfecti
C ſunt illi.18.mille mũdi. Deniq; deus cõdito cœlo,foramẽ quoddam in eo reliquit,quia totũ claudere non
potuit vt ſiquis forte de potẽtię magnitudine cum deo cõtẽdere velit:dicat ei deus. Heus claude foramẽ
illud,& cedã tibi velut potẽtiori. Dixit et de Meſsia Rabbi Ioceph. Veniat Meſsias, & ſim ego dignus
vel merear ſedere in vmbra caudę aſini ſui. Hec pauca ex multis libare placuit,vt vel ex parte intelligas
quo amẽtię,quo ſtultitię & impietatis deueuerũt hi ad quorũ patres dictum eſt: ſerutamini Scripturas,
quia illę ſunt &c̃. Vos aũt nõ vultis venire ad me. Qui aũt veniãt ad chriſtum:qui tam fatua:tam abſur
da,tam impia tã puerilia de deo ſentiũt? Et patres iſtorũ ſunt qui dicũt,num & nos cęci ſumus. Clari- Ioan.9.
tatẽ ab hoibus non accipio:ſed cognoui vos,q̃ dilectionẽ dei nõ habetis in vobis.
Totus hic ſermo de teſtimonijs chriſti ad id ordinatur,vt filius honoretur ſicut & pater Eſtq; ſeſus. Q.d.
tot teſtes adduxi pro me(vt vos ad fidẽ quę ianua eſt ſalutis ęternę pellicerẽ) videlicet Ioãnis batpiſtę,
patris cœleſtis,operũ meorum & ſcripturarũ teſtimonia quę de me loquũtur,nõ eſt q̃ gl̃iam venari ve-
D lim ab hoie,quę vere vana eſt,& vanitas vanitatũ Eccs.1. Quare igitur in mea defenſione) accuſorem
tamq̃ ſabbati violator)tot teſtibus innocẽtiam meam tueor? Vt vos ab incredulitate ad fidẽ pelliciam.
Cognoui enim q̃ nõ zelo charitatis,ſed inuidia pciti,dicitis,nõ eſt hic a deo, qui ſabbatũ nõ cuſtodit,
Ioã.9. Claritatẽ inquit ab hoibus nõ accipio. Hoc enim eſſet quaſi ſol lumẽ mẽdicaret a tenebris. Qui ſi
aliquãdo gloriam accepit a turbis & a pueris clamãtibus, Oſanna,non quaſi indigus accepit,ſed iuxta
illud,laude mea infrenabo te,ne pereas. Quãuis iuxta dictum Cęſaris. Auguſt. De huiuſmodi ſalutato Matth.21.
ribus ſatis ſupq; domi habeat deus,qui dicãt,ſalue Cęſar victor impator. Homines igitur qui hoies tm̃ Eſai.48.
ſunt:gloriam captãtes ab hominibus quam nõ hñt a natura,ſuſtinẽt vt vocẽtur filij dei, ſicut legimus de Prouerbiũ
Alexãdro. Is ſupato deſerto, vt templum intrauit,Hãmonis antiſtes illũ iouis p inde at patris nomine
ſaluere iuſsit. Fuerat enim ſecreto perſuaſus ab Alexãdro. Alexãdro rogante,nũ quiſq; ex patris interfe-
ctoribus impunis effugerit,ſaniora loqui iubet antiſtes. Nec enim illi parentem mortalẽ eſſe. Mutato de Alexander
hinc ſermone,cũctos ne inter fectores Philippi vlt⁹ ſit per cõtatur,& datum ne ei ſit,vt vniuerſos mor
tales ſit moderaturus,cui & hoc ipſum dari:& plene pactam Philippi vltionẽ eſſe diuinum(imo Dia-
bolicũ)reſpõdit oraculũ. Stultiſsimus pro inde omnium regũ Alexãder,ſi credidit ſacerdoti tam de plano
nuganti,& filiũ iouis vocãri,ſed qui gl̃iam vndecũq; venabatur, ſiue p adulationem ſiue p errorẽ obla
tam ambabus manibus complectebatur. Deniq; cum in ſenatu Athenienſium de magnis honoribus Ale-
xãdro deferẽdis decerneretur, Pythras orator grauiter interceſsit. Dicenti vero cuidam,tu ne Pythea iſta
ętate tantis de rebus verba publice facere audes? Reſpõdit. At qui is quẽ vos deum decernere molimini
Alexãder,me iunior eſt. Damis quidã ad ea quę ſcripta erãt ab Alexãdro vt de⁹ decerneretur:permitta Damis.
mus inquit Alexãdro ſi velit deus vocari,quãdoquidẽ ſicut homo morietur:velit nolit,& ſicut vnus ex Pſalm.18.
eorum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Exech.32 rotum qui deſcẽderũt in infernum cum armis ſuis.&c.Ego aũt claritatem ab omnibus non accipio, qui
Pſal,102. bonorum veſtrorum nõ egeo.Sed cognoui vos (ipſe enim cognouit figmẽtum nr̃um) ꝙ charitatem dei
nõ habetis,quę ſola diuidit inter filios dei & filios ꝑditiõis.Patet autẽ ꝙ charitatem nõ habetis q̃a filiũ
cũ patre nõ honorificatis,quia nõ creditis,ſine fide autẽ impoſsibile eſt placere deo.Heb.11.Ego veni
in nomine patris mei, & nõ accepiſtis me.Si alius venerit in nomine ſuo illum acci-
pietis.S.to.Diſtin.5.4.Sentẽ.q.9.A.Eſt igitur palam ꝙ incredulitas iudęorum nõ erat ex inopia teſti-
um,cum tot teſtificarẽtur de chriſto,quis eſſet,quid poſset,ad quid veniſset:erat aũt ex inopia verę cha-
ritatis in deum:ex eo ꝙ glĩam humanam captabãt,& ardebãt facibus inuidię cõtra dominum chriſtum F
Vnde factum eſt:vt ꝙ cor adamãtinũ gerebãt ne crederẽt in Dominum Ieſum,tam ſtulte creduli futuri
ſint vt credãt in antichriſtum:qui nomine ſuo vẽturus eſt. Malum eſt chriſtum nõ ſuſcepiſſe:peſſimum
neſcio quẽ alterum accepiſſe.Parum eſt autem:ꝙ nõ accepiſtis me,niſi cognitum & eiectum extra vi-
Matt.21 neam crucifigendum petieritis:niſi electione vobis data,vitę auctori homicidam pręponeretis.Quod
Matth.27. autẽ dominus chriſtus venerit in nomine pr̃is,Matthęus dicit,ibi benedictus qui venit in nomine do-
2.Thes.2 mini.Cap.21.Idem cęteri euãgeliſtę.Quis eſt autẽ ille alter qui nomine ſuo vẽturus eſt?Audi Paulum
Reuelabitur homo peccati filius interitus,qui ex tollitur ſuper omne quod dicitur deus aut colitur, Et
ſequitur.Mittit illis(iudęis videlicet) Deus ſpũm erroris,vt credãt mendatio, eo ꝙ dilectionẽ veritatis
Matth.24 nõ receperũt vt ſalui fierẽt.Ita ꝙ iudęorum adamãtinum cor in credẽdo: nõ erat vt predicitur ex inopia
teſtium,ſed quia abundãte in illis felle amaritudinis & iniquitate:refriguerat charitas eorum.Id quibꝰ
argumẽtis colligat dñs:audiamus.Quomõ vos poteſtis credere, qui gloriã ab inuicẽ acci- G
pitis:& gloriã quę a ſolo deo eſt nõ quęritis. Vide vires affectus glorię humanę, quę credere
ꝓhibet:& a dilectione dei excludit hominẽ.Sicut enim nemo poteſt duobus dominis ſeruire, ita nemo
poteſt honoribus inhiare cum Amã.Et chriſto cõfixum eſſe cum Paulo.Galat.2.Vt em̃ compẽdio loq̃r
Matth.6 pugnat euãgelium ex diametro cum vita filiorũ ſęculi huius.Siquidẽ euãgelium fugitãdam hominum
glĩam pręcipit:ieiunãdum capite vncto,lota facie,orãdum clauſo oſtio:eleemoſinam ignorãte ſiniſtra
erogãdam,parãdam alterã maxillã remittẽdã iniuriam,tollẽdam crucẽ,moriendum ſęculo,& multa id
genus.Iſti igitur quomõ poterãt credere euãgelio,qui velut ætiopes veterem hominem induti erant cũ
Matt.19. actibus ſuis? Qui ſi mutare velent pellem,ingrediẽdum erat per foramẽ acus.At qui ipſi nõ vnam ſed
Hiere.13 plures portabãt gibbas,quas nõ facile erat deponere,dicẽte propheta,ſi mutare poteſt pardus varietates
Gall.5. ſuas,& vos poteritis bñ facere poteritis veterem hominẽ exuere,imitãtes ſerpentis prudẽtiam.Mat.10.
Credere ergo quomõ poterãt:qui glĩam vndecũq; captabãt,ambulãtes in ſtolis albis, pręripientes pri- H
Iſai.55. mas cathedras:& volẽtes vocari ab oĩbus rabbi?Hec & huiuſmodi nõ ſunt credentium & qui carnem
ſuam crucifixerũt cũ vitiis & concupiſcẽtiis:ſed eorũ qui vitam terunt lautiſſimã.Matt.7.Quorum vox
eſt,coronemus nos roſis,antequã marceſcãt.&c.Sap.2.At qui dominus Ieſus multo huic diuerſam triuit
viam.Fugit enim quãdo inquirebatur vt crearetur Rex.Ioan.6.At q̃ndo ad crucẽ quęſitus eſt, ſeipſum
2.Regũ.6 obtulit,quia voluit.Vnde illud:Iudam & viliorfiam,ero ꝙ humilis in oculis meis. Bene in oculis ſuis
Luce.18. quia pharisęus ille,ita magnus erat in oculis ſuis:vt nullus maior inter natos mulierum ſi illi credimus.
Odioſi enim ſunt deo & hoibus,qui glĩam ſęculi ambiũt.Vnde illud Matth.20.Et audiẽtes decẽ,indig-
nati ſunt de duobus.De hoc ſuo loco dicetur.Nolite putare,ꝙ ego accuſaturꝰ ſum vos apud
patrẽ.Eſt qui accuſat vos Moſes,in quo ſperatis.Si enim crederetis Moſi,crederetis
forſitã & mihi,De me enim ille ſcripſit.Si autẽ illius litteris nõ creditis,quomõ ver-
bis meis credetis?De peni.Diſtin.1.c.quam ob rem.Sed num inquit,quia dei pręcepta ad vnum da
Marci.6. tis peſſum:quia me filium dei:fabri filiũ vocatis,vini potorem,amicũ publicarum & meretricũ,ſabba- I
Matt.11 ti violatorem:quia glĩam hoium vndecũq; carpitis;num inq; pro his oibus deferam vos apud iudicem
Luce.23. vniuerſorum?Abſit.Imo pater ignoſce illis:quia neſciũt quid faciũt.Vnde Ioãnes,aduocatum habemus
apud patrẽ in coelis dñm noſtrũ Ieſum xp̃m.1.Ioan.2.Si igitur xp̃s aduocatus noſter eſt:caro & frater nr̃
ſi deus iuſtificat:quis accuſabit?Quis deferet nos apud deum?Num aliquis ſatan,dicens.Nũquid fruſtra
Iob timet deum?Eſt inquit qui accuſat vos Moſes:in quo ſperatis.Ipſe cauſam meã tuebitur, a quo le-
gem accepiſtis,quã nec in minimo obſeruatis,vt ſitis vos iuxta myſterium Vrias ille qui ad Ioab cũ lit-
2.Reg.11 teris in quibus occidi iubetur/miſſus eſt.Gregorius.Quia iudaicus ppl's legem portat,qua conuincente
Gregorius moriatur.Dũ enim mãdata legis memoriter cotidie recitãt,& in frõte & in brachiis geſtãt(ſicut in man
Matt.23 dato acceperũt.Deut.Cap.6)nihil tamẽ opere exhibendi:& vere nihil cum caput legis xp̃m nõ tenerẽt,
ipſi nimirum deferũt iudicium:vnde dãnentur.Ex ore inquit vr̃o vos iudicabo.Quomõ ex ore vr̃o.Lex K
Luce.19. iudęis data/tertio exorata eſt in lapide.Primas tabulas angelus deformauit.Exo.32.Secũdas tabſas ipſe
Moſes.Exo.34.Cęterum Ioſue tertio ſcripſit legem in lapide:ſicut habes Ioſue cap.8.Subiiciamus quar-
tum teſtem,de quo,Deu.Cap.31.Tollite librum iſtum:& ponite in latere arcę vt ſit cõtra te in teſtimo
nium.Quod ergo nũc dicit dñs,Moſes accuſabit vos:hoc idem dixit Moſes,ponite librũ iſtum in late
re arcę.&c.Nõ ergo xp̃s dominus,nõ Moſes accuſaturus eſt iudęos apud patrem,accuſabit aũt eos lex
quam Moſe mediatorę acceperũt dicentes.Omia quę pręcepit nobis dñs audiemus,& obediẽtes erimꝰ.
Quod ſi tabulę illę latę legis nuſq; compareãt,nõ refert,ſcriptura enim ęterna eſt. Et reuera inquit Dñs
Exo.24 Si Moſi credidiſſetis:crederetis vtiq; & mihi.Sed quomodo iudęi ſperãt in Moſe: & Moſi nõ credunt?
Sperabãt in promiſſis Moſi,& credebãt ille i genere:ſed nõ credebãt promiſſiones illas implẽdas in xp̃o
& per xp̃m Ieſum,quod tamẽ tenebãtur,ſuaſi ex tot teſtimoniis.Quod aũt Moſi non crediderint teſtis
Cap.7 eſt Stephanus in actis,cuius verba ſunt.Dura ceruice:vos ſemꝑ ſpiritui ſctõ reſtitiſtis.Itẽ illud.Exo.c.32

Fac nobis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

fac nobis deos qui nos præcedant. Moſi enim huic viro qui nos eduxit de terra ægypti ignoramus quid
acciderit. Si enim Moſi credidiſſent, expectaſſent quadraginta diebus. Quod autem Moſes de Domino
ſcripſerit, teſtantur verba illa Deut. Cap. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis dominus de medio fratrũ veſ-
trorum, ipſum ſicut me audietis. Quę verba alibi expoſita ſunt. Iten illud. Exo. 24. Aſcendit Moſes &
Ioſue cum illo. Gloſa. Hic eſt Ieſus qui dixit in euãgelio, ſi crederetis Moſi. &c̃. Quia ego in nullo diſ-
iungor ab eo, ſed quaſi comes indiuiduus eo deficiente introduco filios iſrael in terram; quę fluit lactę.
Exo. 3. Iten Num. Cap. 27. Ita habes. Aſcende montem iſtum Abarim, & cõtemplare terram quam da-
bo filijs iſrael: eamq; cum videris, ibis ad populum tuum. Et Moſes. Ergo prouide hominem qui ſit ſu-
per hanc multitudinem, ne ſit populus domini ſicut oues abſq; paſtore. Et dominus. Tolle Iehoſua filiũ
Num: virum in quo eſt ſpiritus dei ſeptuplex. Hunc igitur tolle, & pone manum tuam ſuper eum, qua-
ſi cedens iuri tuo: & in eum transferens primatum iuſſi, & ducatus tui. Et infra. Et dabis ei partem glorię
A tuę. Id in myſterio factum eſt, iuxta veritatem enim de plenitudine Ieſu Chriſti omnes accipimus, etiã Ioan. 1.
Moſes ipſe, cuius luminoſa facta facies ex conſortio ſermonis dei. Exod 34. Si igitur litteris his a Moſe
prolatis: in quibus de Chriſto venturo teſtificatus eſt, non creditis, carnaliter omnia interpretãtes, quo-
modo verbis meis credetis. Illo tamen tempore maior incredulitas erat, Moſi nõ credere, q̃ Chriſto do-
mino. Arguit enim dominus a maiore, dicens: ſi autem litteris. &c̃. Qui iuxta opinionem veſtram fabri
ſum filius: Et patria Nazareus, ciuitate & prouincia non admodũ inſigni & bene ominata, iuxta illud
num a Nazareth poteſt boni aliquid eſſe: Ioan. 1. Ita dixit Moſes. Ecce filij iſrael me non audiunt, Quo
modo audiet rex pharao! Exo. 6. Moſi non creditis, de quo dixiſtis, tu magis accede, & audi cũcta quę di
xerit dominus noſter tibi: loqueris q; ad nos & audiemus: & faciemus ea. Exo. 20. Et fidem præſtabitis
verbis meis, quem nauci non facitis: quem probe noſtis & litteras non didicerim, q; faber lignarius ſim!
B cum ergo dicit, eſt Moſes qui accuſat vos, tacite reſpõdet vanę eorum fiducię, qua poterãt dicere. Eſto
tu nos accuſes apud neſcimus quem patrem tanq̃ legis transgreſſores, habemus nos pro nobis aduoca-
tum noſtrum: qui vſq; a deo diligit gentem ſuam, vt nunc denuo paratus ſit (ſi res ferat) deleri de Libro
vitę, vt ſaluetur gens iudęorum. Ad hec dominus. Stetit quidem tunc Moſes pro vobis, præſtante ei do
mino fiduciam impetrandi quod peteret, quando dixit ei, dimitte me! & cętera, & poſtq̃ ex veſtris occi Exo. 32.
dit. 23. milia. Textus tamen hebraicus tria milia tantum dicit. Nunc autem poſtq̃ impleueritis menſu-
ram patrum veſtrorum. Actum eſt de vobis: niſi pęnitentiam egeritis: eundem enim qui aduocatus erat
habebitis actorem & accuſatorem. Et reuera ſi curioſi eſſent iſti cęcorum duces ſanctarum ſcripturarũ
indagatores, quęrere debuerunt: quę eſſent illa quę Moſes de domino Ieſu litteris: tanto ante mãdaſſet
Sed venenati filij de venenatis parẽtibus nati, dolorẽ cõcipiebãt, quẽ oportuno tẽpore peperũt. Sed ſan Chryſoſt.
C guis eorũ ſup eos, & ſup filios ſuos & nepotes veniet. &c̃. Matt. 17. Audiuit aũt Herodes tetrar-
cha oĩa quę fiebãt a dño Ieſu: & heſitabat: eo q; diceret a qbuſdã, q; Ioãnes ſurrexit a
mortuis: a qbuſdã vo q; Helias appuit: ab alijs aũt q; ppheta vnus de antiqs ſurrexit. Luce 9.
Et ait Herodes. Ioãnẽ ego decollaui. Quis eſt aũt iſti de q ego talia audio. Et quęre- Matth. 14
bat videre eũ. Qd' dicit, heſitabat, Gręce eſt. Diaporei Diepori, qd ſignificat etiã pplexum eſſe, atq; Marci. 6
ancipitis cõſilij & animi dubiũ. Metuebat em, ſi is reſurrexiſſet quẽ occiderat, a q vitatẽ rurſus audiret
magnũ malũ. Ad hec ſciẽdũ q; itelligẽtia & ordie text? hui?, quẽ diuerſiſſimo deponũt Lucas Matthę
us & Marcus, q; Marcus vocat hũc Herodẽ regẽ. Cap. 6. Vel pter honorẽ priõi noĩs, quia pr huius He-
rodes vz Aſcalonita q infantes occidit (Matth. 2.) Rex fuerat: an forte qa regnũ ambiebat: vnde puellę
ſaltãdi dimidiũ regni pmiſit. Erat aũt tetrarcha ſicut dictũ eſt Lu. 3. Ad hec ſciẽdũ q; Herodes audita fã
ma Dñi, quẽ tñ nec de facie nouerat, quęſiuit qs eſſet ille de q talia ſpargerẽt in pplo. Et qm ſerui eiuſdẽ
D Herodis eadẽ infidelitatẽ laborabãt, varie de illo opinabãt. Quidã dicebãt Ioãnẽ ſurrexiſſe a mortuis,
alij Heliã arbitrabãt, multi vnũ eſſe ex pphetis ſeculi prioris: ſcindebãt q; incertũ ſtudia in cõtraria vul-
gus. Hãc poſitionẽ refert Lucas. Tãdẽ ſentẽtijs oium in mediũ collatis, & diligẽti libra pẽſiculatis, ſeñia
illa viſa eſt veriſimilior (nec tñ vera) quę Ioãnẽ aſſerebat reſurrexiſſe a mortuis, & huic adheſit Herodes in
fine. Et hoc eſt qd refert Matthęus cũ Marco dicẽs. Audiuit Herodes rex, iuxta Marcum, Te rar-
cha, iuxta Matthęũ: Famã Ieſu, Marcus, manifeſtũ em factũ eſt nomẽ eius, Matthęus, & ait
pueris ſuis. Hic eſt Ioãnes baptiſta: ipẽ ſurrexit a mortuis, & ideo vtutes opantur in
eo. Adeo enim erat mente ſcelerũ cõſcia adeo pauida & ſtbata & craſſa, vt ratus ſit, ipſum eſſe Ioãnem
qui ipẽ crederet reſurrectionẽ mortuorũ de q ipẽ neq; ſõniauerat qdẽ. Opinabat aũt Herodes q; oĩa opa
miraãda quę operabãtur diſcipuli dñi Ieſu, fiebãt in poteſtate Ioannis baptiſtę, qui a mortuis ſurrexerat.
Sed putãdũ eſt incidiſſe Herodẽ in hãc opinionẽ, vt putaret potẽtiorẽ effectum Ioãnem poſt mortẽ q;
E ante! Homo em natura gentilis vnde potuit de reſurrectione philoſophari: qndo ſadducęi natura iudęi
reſurrectionẽ oino futurã abnegãt? Eſt aũt & hoc teſtimoniũ ad eximiã laudẽ dñi, vt de ipo crederet he
rodes tã excellẽtis eũ & nõ vulgaris virtutis fuiſſe, vt nullus ex viuẽtibus talia faceret qlia de illo iacta
bãtur quoquouerſus, ſed oportebat aliquẽ ex eximijs pphetis a mortuis reſurgere. De Ieſu nulla opinio
erat apud Herodẽ putabat enim periſſe cũ pueris Bethleemiticis, id pcurãte patre ſuo Herode. Ceterũ
q; Herodes iſte cupiebat videre hũc neſcio quẽ: quiſquis eſſet hoium deorũ ve, non erat vt in eũ audiẽs,
vitã in melius trãſferret, ſed vt e medio tolleret, corde eius cẽtũ vulturibus dato: ne ſecũdo reſurgeret, &
maiora in eum auderet. Veritas enim vt in pluribus odium parit. Dionyſij tyrani legimus vxorẽ ſtupra
tã, liberoſq; prius oiſaria cõtumelia affectos, deũ interẽptos, ad extremũ cõcrematis corporib? i mari de Dionyſs.
naui cinerẽ ſparſũ. At Menãdro regi Bactrorũ hoi frugi atq; mitiſſimo i expeditiõe & caſtris vita fũcto Menãder.
X cũctę ci-

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

cunctę ciuitates Regni in ferias de more communi conſenſu ſoluerunt. Poſtremo de reliquijs cum diu
decertatum eſſet, quibus potiſſimum commendarentur vox tandem inter omnes conuenit, vt ęque par-
titę ſingulis diſtribuerentur pro rata parte: vt monumentum illius viri apud omnes pariter cum venera-
tione exiſteret, In memoria enim ęternam erit iuſtus Pſalmus. 111. Et patet. Explicitur quartus liber.

FINIS.

# QVINTVS LIBER INCIPITVR.

Caput. I, Quomõ apoſtoli reuerſi a p̃dicatione narrauerũt dño quęcun-
ꝙ fecerunt ſequitur de miraculo illo quomodo dominus Ieſus ex quin-
ꝙ panibus & piſcibus duobus ſaciauit tantam turbam.

Matth. 14 Marci. 6 Luce. 9. ET reuerſi apoſtoli, nunciauerunt ei quęcunꝙ fecerant. Et illis au-
ditis Ieſus conſcenſa naui, receſſit inde in locum deſertum Beth/
ſaidę ſeorſum. Et cum audiſsent turbę: ſequutę ſunt eum pedeſ/
tres de ciuitatibus. Et exiens, vidit turbam multam, & miſertus
eſt eis/ Marcus/ Erãt enim ſicut oues non habentes paſtorem/ Ma- G
tthęus. Et curauit languidos eorum. Et loquebatur illis de Regno
dei, & eos qui curatione indigebant, ſanabat. Luce. 9. Medebatur
corporibus paſcebat mentes: quia oleum ferebat & vinum. Et ait
dominus diſcipulis. Requieſcite puſillum. Erant enim qui venie-
bant & redibant multi: & nec ſpacium manducandi habebant. Et docebat eos de
regno dei. Miſſi fuerant Apoſtoli duodecim per totam Iudęę prouintiam, vt famem expellerent au-
diendi verbum Dei a populis, (qui iam diu nauſeabãt ad Moſi doctrinam quę tota circa carnem ver-
Genes. 41. ſabatur) ſicut beatus ille Ioſeph: qui induſtria ſua famem annorum ſeptem expulit e Regno ægypti, vn
Phili. 3. de vocatus eſt ſaluator mundi. Et quoniam animalia illa pennata & oculata ſequentia impetum ſpi-
Gene. 28 ritus ſancti ſemper in anteriora ſe extendebant, nec reuertebantur cum ambularent; breui totum agrum
Iudaicum repleuerunt euangelico ſemine, domino confirmante doctrinam eorum multis ſequentibus ſi- H
gnis. Reuertuntur ergo redd. turi rationem domino rerum a ſe geſtarum, ſicut angeli illi qui frequentiſſi
me terunt ſcalam Iacob. Quos & dominus Ieſus ad modeſtiam euocauit, vt ſcirent gratia dei ſe eſſe
quod eſſent, & feciſse quicquid fecerant. Et alioqui poſtꝙ omnia recte abſoluiſsent/ ſeruos ſe noſsent
1. Cor. 9 inutiles. Fecerunt enim quod iuſsi ſunt, & neceſsitas illis incumbebat, & vę illis, ſi non euangelizaſent
dicentes, domine ecce mna tua repoſita eſt in ſudario. Luce. 19. Siquidem dominus non quærit datum,
Eccl. 3. ſed fructum, ſed vſuram, quoniam iuxta Auguſtinum nimis auarus eſt ſalutis noſtrę. Dominꝰ poſt hec
cedens furori Herodis (omnia enim tempus habent) conſcenſa nauicula receſsit per mare Tiberiadis in
deſertum Bethſaidę, hoc eſt in deſertum quod erat vicinum ciuitati Bethſaidę quę eſt in Galilęa. Beth-
ſaida autem communis erat patria Petri/ Andreæ/ Philippi & Nathanaelis. Sicut autem alias dicetur/
Matth. 23. voluit dominus latere turbas, nec tamen potuit, nam audito eius receſsu, ſequutę ſunt eum turbę mul- I
Matth. 11. tæ, volentes ingredi tere apoſtolicum illata vi Regno Cœlorum, cum interim phariſæi annis decem vix
Matt. 7. vnum crearent proſelytum. Erat autem tantus populorum concurſus paſtorem requirentium (nam erãt
Marci. 6 ſicut oues non habentes paſtorem) vt nec ſpacium apoſtolis eſſet ſumendi neceſſarium alimentũ. Amor
enim alas addiderat turbis, & receſsus Chriſti iritauit & acuit deſ deria eorum ſic vt eo quo ſe contule-
rat dominus prius pedites peruenerint, ꝙ dominus cum diſcipulis etiam nauigatione ad iutis. Qui igi-
Luca 10. tur putabatur latere in deſerto ob metum Herodis, vidẽs a longe turbas, ipſe vltimo occurrit eis. Et mi-
ſertus creaturę ſuę bonus iſte Samaritanus, curauit languidos eorum, & quia non in ſolo pane viuit ho
mo (Matthę. 4.) Loquutus eſt eis multa de regno coelorum. Vide autem eximiam Chriſti dilectionem
in Apoſtolos. Iubentur enim ipſi requieſcere tantiſper: vt aliquantulum refocillarentur ac reſpirarent a
tantis laboribus exhauſtis, vt exhauriendis ſufficerent, ſiquidem grandis eis reſtabat via, & opus habe-
3. Reg. 19 bant collyrida panis & vaſe aquę: & vel paruo ſomno, vt qui corpus geſtarent corruptibile, & aggra
1. Cor. 13. uans animam Sapie. 9, Cæterum illi charitatem proximorum neceſsitati ſuę præferentes: vt adiutorio K
eſſent his qui ope ſua egebant, quo commodum curarentur a Chriſto domino, tota die ieiuni perſtabãt
q a tempus non ſuper erat ſumendi cibum. Adeo enim innumera hominum turba ventitabat, vt ęſtua-
riũ quędam vices viderentur venientium & ab euntium. Tu autem bene meminiſti verbum vero prin-
cipe dignum (indignum tanto nebulone) prolatum ex ore Neronis, qui cum de ſupplicio cuius dam capi
Nero. te damnati vt ex more ſubcriberet, admoneretur, ꝙ vellem inquit neſcire litteras, Quam vocem Seneca
(qui ab eodem ad mortem ſibi inferendam compulſus eſt) ad vſꝙ ſidera extollit. Si igitur Tyranus iſte
qui alias viſcera exuerat humana & adamantina induerat, vſꝙ a deo clemens erat per id temporis, vt
Matt. 5. coactꝰ aiaduerteret i homicidã: q̃nto magis apl̃i ꝗ imitatores erãt tãti pr̃is, ꝗ ſolẽ ſuũ oriri facit ſup oẽs?
Veſpaſia. Legit & illud mirabile de veſpaſiano, ꝙ nũꝙ cęde cuiuſꝙ lętatꝰ ſit, q̃n & iuſtꝭ ſupplicijs illachrymaſſe
fertur & ingemuiſſe. Nec temere aliquis toto eius principatu punitus inſons reperitur, niſi abſente eo, &

ignaro aut

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſgnaro aut certe inuito atq; decepto. Nam Roboam malo protulit digitum groſſiorem Dorſo oſtendit populo ſcorpiones. Charitate igitur vires apoſtolis ſubminiſtrante, ieiuni diem cum nocte iungebant. 3. Reg. 12
Dies enim cęperat declinare. Veſpere itaq; facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli dicentes. Deſertus eſt locus hic, & iã hora prętērijt: dimitte turbas: vt euntes in proximas villas vicos & caſtella: emant ſibi eſcas vt manducent. Ioannes capite. 6. Ita ponit hunc textum. Poſt hęc abijt Ieſus trans mare Galilęę quod eſt Tiberiadis: & ſequebatur eum multitudo magna: quia videbant ſigna quę faciebat: ſuper ijs qui infirmabantur, ſubijt ergo in montem Ieſus & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum paſcha dies feſtus iudęorum. Ad hec ſciendum ꝙ ieiunium Chriſti dierum quadraginta finitum eſt ante primum paſcha anni trigeſimi vitę domini noſtri Ieſu Chriſti videlicet. 15. Marci. 6. Matth. 14 Luce. 9. Ioan. 6.
A die menſis Februarij. De hoc primo paſchate habes Ioan. Cap̃. 2. Secundum paſcha anni videlicet Trigeſimi primi, eſt Ioan. Capite. 5. Tertium paſcha anni trigeſimi ſecundi eſt Ioan. Cap̃. 6. Quod paſcha imminebat quando factum eſt hoc miraculum quinq; panum. Quartum paſcha anni vitę Ieſu Chriſti tertij & trigeſimi eſt Ioan. Capite. 12. Ordo textus huius hic eſt. Poſtq̃ Domino placuit finire ſermonem quem fecit ad turbas, Apoſtoli acceſſerunt ad dominum Ieſum qui in cacumine montis ſedebat, dicentes, Dimitte Domine turbas & Cętera. Et tunc Dominus Chriſtus iuxta Matthęum Marcum & Lucam dixit, quin potius date illis vos manducare. Illis forte (impoſsibilia rati quę pręcipiebantur) non reſpondentibus vel dicentibus ꝙ non habebant vnde: ipſe ſub leuatis oculis, & videns multitudinem maximam quę aderat, quorum omnium oculi in eum iactauerant curam ſuam, dixit Philippo. Vnde ememus panes vt manducent hi? Et Philippo reſpondente, ducentorum denariorum panes non ſufficiunt & Cętera. Chriſtus Dominus Ieſus iuxta Marcum dixit. Quot panes habetis. Et Andreas Psalm. 144.
B intulit. Eſt puer vnus hic: qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces & Cętera. Qui ait eis iuxta Matthęum.

## Caput. ij. Quomodo ſederunt in hoc conuiuio per quinquagenos & cẽtenos ſuper fęnum quod erat multum in loco illo & quo pacto omnib' ſaturis ſuper fuerunt cophini duodecim ſequitur. Compulit diſcipulos precedere eum transfretum.

C AFferte mihi illos huc, Quod igitur tres Euangeliſtę dicunt: omnes Diſcipulos loquutus de numero panum quinq; id vero ſimilius eſt, quia quando vnus loquitur (vt quid perditio hęc?) Omnes dicuntur loqui Apoſtoli, maxime quia ita dominus Ieſus interrogabat vnum, ac ſi omnes rogaret, cum omnes ad eſſent. Sicut autem dicit Hieronymus, nec paradiſus abſq; ieiunio potuit conſecrari, ſed vnicum preceptum quod ibi parentes noſtri acceperunt, de ieiunio fuit, ſicut dicitur, in qua hora comederis, morte morieris. Qz primum comederunt, nuditatem ſuam viderunt, & fugerunt ad vmbras, & exules fiunt/ & mortales pellibus induuntur animalium occiſorum, & ad laborem deſtinantur, idq; non vno aut decem annis: ſed donec reuertantur in terram de qua ſumpti ſunt. Deniq; eo miſerię ventum eſt, vt de ſiliquis implere ventrem pro magno ducerent, qui ante ad manum habebant veſci de ligno vitę. Nam ſi Diodoro credimus, ante natum Noe & adultum vſus panis ignotus erat mortalibus. Quod & ipſum/ prouerbium vetus teſtatur, ſatis quercus, inde profectum: ꝙ priſci illi mortales rudes atq; inculti, ſimul atq; ceres vſum frumenti monſtrauit: glande victitare deſierunt. Quanq̃ Plinius. Lib. 16. Teſtatur, & ſua ętate multas gentes glande victi taſſe. Diodorus ita dicit. Oſiris & Iſis caſu inuentus frugibus, illorum animaduerſa vtilitatem, tradiderunt ea mortalibus, ac propterea imperatores ac dij terre habiti ſunt. Verum eſt tamen ꝙ ianus ideſt Noe primus inuenit artem arandi & ſeminandi licet ſimplicem ac rudem. Potuit autem ſabatius filius Cham in Paleſtina docuiſse Sem iani filium cognomento Melchicędech ideſt Regem iuſticię (quaſi Epitheto patris ſui Iani) artem hanc. Et quia teſte ſcriptura. Erat Sacerdos Dei, idcirco eſt validum argumentum, pro primis inuentis in Paleſtina panibus gratias egiſse Deo, & panem & vinum Deo in ſacrificium offerre inſtituiſse: quia ob vſum panis inuentum, genus Humanum fuit exemptum a mutua cęde. Quod autem dicit ſcriptura: in ſudore vultus tui veſceris pane, panis ibi accipitur, pro omni eo quod poteſt cedere in Cibos hominum, ſicut dicitur, ecce dedi vobis omnem herbam Matth. 26. Hierony. Gene. 3 Luc. 15. Prouerbi. Plinius. Diodorus Melchiſedech. Gene. 14
E vt ſint vobis in eſcam & cunctis animantibus. Gen. 1. Multitudo igitur populi declinante iam die: poſt longum laborem exactę vię ieiuna perſiſtebat, at parentes noſtri nec vel ſex horis ieiuni perſtiterunt, ſed non impune. Sequebatur autem Dominum multitudo magna diuerſa tamen intentione. Alij quidem vt ſanarentur idq; gratis. Alij vt oculos paſcerent mirabilibus ſignis, quę ſolo verbo Dominus Chriſtus faciebat. Rurſus alij vt verbo dei ſaginarẽtur, quos iã diu tędebat doctrinę Phariſęorum. Nec deerant in tanta multitudine qui ea intentione ſequerentur Dominum, vt caperent verbum aliquod ex eius ore, vt accuſarent eum. Et tamen cum tam diuerſa eos ſtudia poſt dominum attraherent, omnes ex equo vna & eadem domini menſa paſcuntur, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & adeſt pullis coruorum inuocantibus eum. Id figuratum eſt in lege euidenti myſterio. Nam inter cętera templi ornamenta illud vel pcipuũ erat menſa cũ panibus duodeci, quę ex quo ſemel collocata eſt, nec puncto quidem va- Geneſ. 3 Matt. 5 Figura. Leui. 24.



Fondo ... EL COLEGIO de JALISCO

quidem vacuam reperire licuit. Panes vero qui per ſingula ſabbata tollebantur, vt ponerentur recentes
& in ius cedebant Sacerdotum, ſiue boni eſſent, ſiue qualis Anas & Cayphas: hoc pręfigurant, ꝙ
Pſal.144 Dei prouidētia omnibus eſt communis, qui implet omne animal benedictione. Et bene duodecim pa-
nes erant in menſa iſta, quia duodecim Apoſtoli hodie eidem menſę miniſtrabant. Quod autem domi-
nus paſturus turbas Montem ſubijt, ad eandem prouidentiam (quę a porro id eſt longe videndo dicta
eſt) pertinet. Accedunt ergo Apoſtoli ad Dominum dicentes. Dimitte turbas vt euntes in proximas vi-
llas (domus ſunt in agris) emant ſibi eſcas. Sed nunquid dimittendi erant vacui & ieiuni a pręſentia
tanti principis, qui eos ad ſe traxerat quaſi magnes ferrum: & ſuſpenſos auribus tenebat? Legimus de Ti
Titus to imperatore, id obſtinatiſſime tenuiſſe in animo ſuo, ne quem ſine ſpe dimitteret adipiſcendi poſtu- F
lata. Quin & admonentibus domeſticis: quaſi plura polliceretur ꝙ preſtare poſſet, non oportere ait
quenꝗ a principis pręſentia triſtem abſcederę. Si non a pręſentia Titi, num a conſpectu Domini noſtri
Epheſ.3 Ieſu Chriſti? Qui iuxta Paulum abundantius tribuit ꝙ petimus aut intelligimus. Vide 2. Regum. Cap.6
4. Reg.6 Sed quid eſt quod ſequitur. Date illis vos manducare? De qua area vel torculari? Niſi lapides pro
panibus appoſituri ſunt: vel fęnum quod erat ibi multum. Quid ſi id dixit tentans eos? Sed quę tentatio
Num.11 erat cum impoſſibile eſſet: quod pręcipiebatur? Quomodo dixit Moſes Domino dicenti, cras come-
ditis carnes, ſexcenta milia peditum huius populi ſunt, & tu dicis, dabo eis eſum carnium menſe inte-
gro. Nunquid ouium vel boum multitudo cędetur: vt poſſit ſufficere: ad Cibum, vel omnes piſces ma-
ris in vnum congregabuntur, vt eos facient? Eadem vel ſimilia dicere poterant Apoſtoli. Tacuerunt
igitur: vel ingenue confeſſi ſunt paupertatem ſuam, id quod non latebat dominū Ieſum chriſtum. Vox
tamen hęc date illis vos quod manducent, ad paſtores eſt, qui minare debent Oues ad interiora deſerti, G
& ſi res te at animam pro eis ponere. Itaꝗ cum ſubleuaſſet dominus oculos ſuos. Illos vide-
Exo.3 licet quibus Petrum proſpexit (nam alioqui ſcriptum eſt, Amos. 9. Ponam oculos meos ſuper vos in ma
Luce.22. lum & non in bonum, de iuſtis autem, in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos:) Ac vi-
Pſalm.31. diſſet in gentem multitudinem, quę venerat pedeſtris, greſſus ſequuta paſtoris, affectu pij parens
tis tactus eſt. Nam quando Deus erat & non homo ſicut ipſe dicit per prophetam Oſeę capite. 11. Tac-
tus eſt, ſed dolore cordis intrinſecus, & parum abfuit quin omne genus hominum deleret de ſuper terram
Affatur igitur in hunc modum Philippum, Heus Philippe vnde ememus panes (nō
quęrit locum ſed precium.) Vt manducet omnis hęc hominum vis, puerorum & fęminarum?
Erant pluſꝗ decem milia iuxta Abulenſem. Quod certe non inſcius rogat, ſed vt ponat ob oculos diſ-
cipulorum, primum turbam ingentem, ſecundo penuriam Apoſtolici ſenatus, quinꝗ enim tantum pa-
nes apportabant. Tertio cophinos quos tam faturus hominibus ijdem ipſi ſuſtuliſſent, ſic miraculi me- H
moria mentibus eorum alioqui obliuioſis adhuc actudibus altius infigeretur. Tentans inquit eum
hoc dicebat dominus Ieſus. Hoc eſt explorans fidem, num ex multis iam viſis miraculis perſua-
ſus eſſet, Chriſtum Dominum omnia poſſę quę vellet. Poterat dicere Philippus ſi tu es ille qui annis q̄-
draginta populum Iudęorum mannate pauiſti, vel filius eius, dic lapidibus iſtis vt panes fiant, vel plue
nunc manna illud, habens in ſe omnem ſaporem ſuauitatis, & fac ad eſſe illam coturnicum multitudi-
Sap.16. nem, vt expleta multitudinis huius ſaguntina fames, dicant illud: manducauimus & ſaturati ſumus, nō
Num.11 ſumus fraudati a deſiderio noſtro. Pſam. 77. Alioqui & locus eſt deſertus vbi panis non venit, & eſto
venalis eſſet, Zona noſtra vacua eſt, niſi quatenus tanꝗ nihil habentes: omnia in te poſſidemus. Si em
Thobias cum vxore omnia habebant in vnico filio ſuo, erat enim eis lumen oculorum (Alias Thobias
2. Cor.6 cęcus erat) ſuorum, baculum ſenectutis eorum, ſolatium vitę eorum & ſpes poſteritatis ſuę, quāto ma I
Tobię.10. gis Apoſtoli habebant omnia in omnium bonorum datore, qui bonorum noſtrorum non eget. Alias
Pſalm.15 autem panis qui emi poſſet ducentis denarijs, Hoc eſt viginti aureis noſtris (ſed vbi tot au-
rei magiſter bone?) Nō ſufficeret huic multitudini, vt vnuſquiſꝗ (non dico ventrem expleat)
modicum quid accipiat, more eo qui nūc obſeruatur in eccleſijs, diebus dominicis. Vnde apud Mar
cum ita loquuntur Apoſtoli. Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Qua
ſi videlicet ducentis argēteis ſaciare turbam tantam poſſent. Quod tamen iuxta Ioannem hyperbolice
geritur: in quo agnoſcimus ſtuporem diſcipulorum, qui mirarentur Dominum tantam turbam paſcere
velle, cum id non poſſe fieri perſuaſum haberent, quia nec ipſi ducentos argenteos habebant: imo nec du
os, nec ſi haberent panis venalis erat: nec ſi eſſent, tot vētribus vacuis id quod ex ducētis argenteis emi
poterat, ſufficeret, ſic erant tres difficultates, imo nulla erat potentię Chriſti: qui tantum poteſt quan- K
tum vult. Ceterum inita ratione: ſi menſura annonę hiſpanę emeretur duobus argenteis, ex centum mē
ſuris quę vulgo vocantur α'ηγα, ſaciari poterant mediocriter quinꝗ mille viri, ex vna quaꝗ menſura
pranſis, 50, viris. Centies enim quinquagies fiunt quinꝗ milia. Sed cum abundantior eſſet vt credimus
mulierum numerus ac paruulorum, benedixit Philippus ꝙ panis qui emi poſſet ducentis argenteis: nō
ſufficeret. Ad hec Dominus iuxta Marcum Quot inquit panes habetis? Ite & inſpicite. Et illi
quid inquiunt rogas de panibus? Eſto haberemus, 50, Eſto haberemus centum: eſto mille, quid inter tot?
Num nos peperimus hanc multitudinem, vt noſtra interſit eos paſcere? Quis compulit eos, nudos a cō-
meatu domo exire? Quod tamen nos de panibus rogas. Eſt puer vnus hic qui habet quinꝗ pa-
nes hordeaceos & duos piſces, ſed hec (quod quaſi cum ſtomacho & deliberans dixit) quid
ſunt inter tot, inter tot examina ventrium carentium auribus? Dicam autem vnum mirabile: etiam
ſi eſſent mille Panes, ſi eſſent decem milia, quandiu integri ſunt non ſufficiunt non dico quinꝗ
milibus, ſed nec hominibus quinꝗ. Panis enim integer & ſcientia occulta, quę vtilitas in vtriſꝗ.

Lex Mo-

Fondo ... de
EL COLEGIO de JALISCO

Lex Moſi in quinq; libris digeſta, ſi integra apponatur: tantum abeſt vt reficiat: vt magis inteficia iux- Ecc. 10. 41
ta Paulum. 2. Cor. Cap. 3. Aque ſunt a marę. Exod. 15. Mors eſt in olla legis. Statim autem vt cęperitunt 4. Reg. 4.
frangi panes quinq;, ſatiati ſunt pręſentes & pro nobis duodecim ſunt cophini reſeruati. Hec Sentētia
eſt Auguſtini. Hos portat Puer vnus annorum. 80. Moſes videlicet, ipſe & eos fregit ad radices montis Auguſtin
vt fractis, ſecundę tabulę dolarentur & ſecundo ſcriberentur; hoc eſt decem verba legis in euangelio ex
ponerentur; & ſic cōminuta apponerētur credētib⁹. Sed nec hoc vacat a myſterio q̄ panes iſti ſunt hor
deacei, folliculi eīm hordei tenaciſſimi ſunt, & vix medulla ſepar̄a ſaluiato. Quid eſt hoc niſi q̄ velamē
eſt poſitū ſup cor iudęorū q̄ties legitur Moſes? Neq; vnq; ad adipē id eſt ſenſū myſticū legis puenerūt, 2. Cor. 3
ipſe Cibus in ſe inſipidus eſt; & magis aptus animalibus q̄ paſtui hominum, ſed animalis homo nō per 1. Cor. 2
cipit ea quę ſunt ſpiritus dei. Nec mirū ſi tali alimēto delectati ſunt, qui nauſeantes ad manna, Cepas
A & allia ſuſpirabant pręgnātium more: Num. Cap. 11. Sed vide quid ſcriptum ſit. Circuibat popu- Num. 11.
lus, & colligens Māna: frangebat mola: ſiue terebat in mortario coquens in olla, & faciens ex eo tor- Manna.
tulas quaſi panis oleati. Erat autem quaſi ſemē coriandri album, guſtus q; eius quaſi ſimilę cum melle.
Exod. 16. Quod igitur in euangelio dicitur, panes hordeaceos comminutos fuiſſe vt apponerentur tur-
bę, hoc dicit textus. Num. Cap. 11.) q̄ frangebatur manna in mola: & coquebatur in olla, vt aptum fie
ret ad nutrimentum. Sic & in aquis inſipidis legis latebat vinum illud Euangelicum, quod miratur Ar Ioan. 2.
chitriclinus, & nutriuntur: ſiue latent duo illi piſces videlicet Chriſtus dominus deus & homo, paſſus Gene. 15.
& aſſus, qui premium eſt laboris noſtri, ſicut ſcriptum eſt: Ego merces tua magna nimis. Cęterum ſicut Hieronim
dicit Hieronymus, tempore famis non quęruntur delitię, ſed id tantum vnde ſatiemus rugientem ſto- Luce. 15
macum Cibo illo regio: porcorū ſiliquis vel coctione rufa, lentibus videlicet. Socrates mouebat, vt cā Gene. 25
uerent ſibi homines a Cibis qui non eſurientes ad edendum alliciunt. Gorgias interrogatus, quo nam
B vſus genere victus, in tantam ſenectam progreſſus eſſet, nihil vnq; voluptatis gratia ſe comediſſe dixit. 4. Reg. 6.
Arbitrari autem iocando dicebat, id circo ſues homines factus a Circe, quoniam multis talibus ipſos
nutrierat, quę perſuadent non fameſcendo comedere. Vnde Lacōn quidam cum vidiſſet precioſam aui
culam ſibi appoſitam pręfaſtidio renuere, at mihi dixit etiam vultur & hircus ſapiunt, etiam lenticu-
cula & ſiliqua. Facta eſt fames in Samaria annorum trium, eo q; malorum ventum eſt, vt caput aſi-
ni veniret. 80. Argentes! & quarta pars cabi ſtercoris columbarum quinq; argenteis. Ex ſtercorę namq;
ſeligebant grana: quibus vt cunq; vitam traherent, Verum quod ſequitur ſuperat omnem tragędiam.
Condixerunt enim ſibi duę mulieres vti comedent filios recenter natos, vnius fęminę infantem come-
derunt hodie, poſtridie pranſurę alterum. Quem tu mater celauit alteri mulieri, non quidem vt miſere-
retur filio ſuo, ſed vt ſola potiretur tam miſerabili edulio. Et hec controuerſia ventilata eſt ante regem
C Iſrael. Sicut enim dicit ſapiens, anima ſatura calcabit fauum, anima autem eſuriens amara produl. ibus
auidiſſime hauriet. Siquidem filius ille ſenior dedit peſſum vitulum ſaginatum: iunior autem ſuſpirabat
ſiliquas. Audi ſcripturam. Iubetur Noe ingredi arcam, Et tolle inquit Dominus ex omnibus eſcis Prouer. 27
quę mandi poſſunt & erunt tam tibi q̄ iumentis in Cibum. Auguſtinus. Nullus dubitat quin omni- Luce 15.
bus veſci cogat fames. Vnde Leones & Lupi & Cętera animalia quę carnibus victitare conſueuerunt Gene. 6.
nulli dubium quin anno integro comederint quicquid illis miniſtrauit Noe, vbi nec erat ignis ad con- Auguſtin
diendas eſcas. Nec enim ibi accipitres ſublimię (verbi gratia) Cordibus auium paſcebantur, aut pectus Figura.
culis: vel ſimeę nucibus, vel nucibus pineis, vel aquilę leporibus & agnis, ſed quod miniſtrabat accipie
bant cum gratiarum actione/ vt ita dixerim. Sicut apoſtoli ſtimulante fame, ſpicas terebant manib⁹ &
placabant fameſcentem ac rugientem ſtomachum, id cibi genus pro manante ducentes. Cambyſes fre
mens in æthiopas, q̄ non ſupinis manibus exceperant ſeruitutem, miſſiſq; legatis: libera reſponſa de- Matth. 12.
derant: quę contumelioſa Reges vocant (Vide Iudith capite. 1.) Prouiſis commeatibus, non exploratis Cābyſes.
D itineribus: per in via per arentia trahebat omnem bello vtilem turbam. Deficiente igitur victu, primū
tenerrima frondium & cacumina arborum: tum coria igne mollita abſumebant. Poſt q̄ inter harenas
radices & herbę defecerant, apparuit q̄ etiam inops animalium ſolitudo, decimum quenq; ſortiri iubet
in alimentum exercitus. Agebat adhuc Regem ira pręcipitem, cum partem exercitus amiſiſſet, partem
comediſſet, donec timuit ne & ipſe vocaretur ad ſortem. Tum demum in ſanus receptui dedit. Séruabun
tur interim illi generoſę aues, & inſtrumenta epularum Camelis vehebantur, cum ſortirentur milites
eius qui male perirent, quis peius viueret. Luxus Darij perſarum Regis in caſtris ita diſcriptus eſt a par
mentone ſcribente Alexandro. Pallacas inueni canendi peritas & muſicę varię artifices ad Regis oble-
ctationem intentas numero. 329. Viros corona mentorum artifices ſex & quadraginta, coquos ducen-
tos & 77 figulos ad culinarium inſtrumentum in caſtris fingendum vndetriginta. Lactarios piſtores
13. Potionum temperatores concinatores q; liquorum decem & ſeptem, & pręter hos homines ſeptua-
E ginta qui a ſacellaudis viui erant Regi & colo condiendis, vnguentarios inſuper quadraginta. Eze- Cap. 4.
chiel vt famen imminentem populo iudaico ſignificaret, iubetur parare ſibi panes numero 390. Vncia-
rum decem: ex frumento hordeo milio/ faba lente viciaq; in ſimul attr tis, hoſq; panes humano ſterco-
re coquere, eoſq; comedere ſuper vnum latus decubando: ſingulos per ſingulos dies, & aquam bibere in
menſura. Quo cibo inquit Hieronymus/ magis trahitur vita q̄ ſuſtentatur. Hic enim Cibus & aqua in Hierony.
menſura breui, non vitam tribuit, ſed mortem arcet. Dixit autem Dominus ad prophetam. Ecce conte-
ram baculum panis in Hieruſalem, & comedent panem ſuum in pondere & ſollicitudine & anguſtia,
vt deſcientibus pane & aqua: corruat vnuſquiſq; ad fratrem ſuū, & contabeſcant in iniquitatibus ſuis.
Tempe enim famis nō quęruntur bellaria. Intellige autē quomō ppheta ieiunat p̄ pctis ppli, illis forte



interim Eſai. 22.

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Eſai,28. Interim dicẽtibus,comedamus & bibamus:ſi cras moriẽdum eſt.Percuſsimus enim fędus cum morte:&
cum inferno.Semel ſalutem deſperauimus.Qui fędus init cum aliquo, ad hoc facit, vt ſecurus ſit ab illo,
Iſti ergo nectimebãt mortem,nec captiuitatem nec infernum/quę oia illis ꝓphetę ex ore dei cõmina-
bantur:quos mendaces reputabant:& tamen veraces inuẽti ſunt,dicentes populo huic veſano. Nolite
illudere,ne forte cõſtringantur vincula veſtra.Eſai.Cap.28.Sequitur ex Matthęo.Afferte mihi illos
Gene.1. huc.Vt videlicet tenẽs manibus,cõſpiciens ſuis oculis & verbis bene ominatis benedicens, creſcerent
& multiplicarentur,& replerent turbam illam bonis cœleſtibus. Et pręcepit illis vt accumbere F
facerent omnes ſecundum contubernia & conuiuia ſuper viride fęnum.Iuxta Marcũ
& Matthęum.Qđ erat multum in loco:Iuxta Ioãnem.Marcus. Et diſcubuerunt in partes
per centenos & quinquagenos/Lucas.Et ita fecerunt,& diſcubuerunt omnes.Partia
mur ergo turbam pręſentem adhũc modum.Ponamus cõuiuia vel cõtubernia.30.in quorum ſingulis ſe
derẽt homines centum,hinc.50.& inde totidem.Fiunt conuiuę numero tria milia. Ponamus & alterum A
ordinem contuberniorum,in quo ſint cõuiuia numero.40.In quorum quolibet ſedeant homines.50,Vi
ginti quinq; hinc,& inde totidem.Quadragies quinquaginta fiunt bis mille. Sunt igitur contubernia
omnia numero ſeptuaginta:& cõuiuantes quinq; milia:& cum viris annumerẽtur etiam vxores & par
uuli.Ponamus adhuc ex viduis,iunioribus & aduenis duas itẽ menſas:fiunq; numero.72.Ita ſubducta
ratione,quilibet ex apoſtolis duodecim/ſex cõtuberniis In hoc epulo miniſtrauit,duodecies enim ſexies
fiunt duo & ſeptuaginta profuit autem hęc particio in conuiuia ad hoc, vt magis intelligerent potẽtiã
domini Ieſu,qui tot ventres ſatiauerit ex tam paruuo alimẽto quinq; videlicet panibus, Et intuere obe G
dientiam promptiſſimam tam in apoſtolis ꝙ in multitudine illa copioſa: qui nihil cunctati in cõuiuia
diſcumbunt,cum potius illud dicere debuerint:imò eamus & emamus nobis neceſſaria,quandoquidem
iam veſpera cœlo pręcipitat alto,ſatis enim cum Maria conſedimus ad Pedes domini. Sed quia vnum
Luce.10 tantum eſt neceſſarium,iuſſi/ſederunt.Ad hec Chryſoſtomus.Nondum exiſtentibus panibus,iubet ho-
Chryſoſt. mines ſedere ad menſam,Vocat enim ea quę non ſunt:tanq; ſint.Itaq; diſcubuerunt omnes. Que enim
Iob.10. a deo ſunt ordinata ſunt.Roma.13.In inferno nullus ordo ſed horror Sempiternus, in domo autem Pa-
tris mei manſiones multę ſunt.Sedebat Dauid in menſa Saul ex latere Regis:quia gener eius erat:cuius
locus aliquando vacuus repertus eſt.Niſi enim vigilauerit conuiua/Gener licet meus, mouebo cande-
Ioan.14 labrum eius de loco ſuo.Apocal.2.Deniq; Ioſeph fratres ſuos ad conuiuium introducens,vnunquenq;
1.Reg.20 ſedere fecit iuxta ordinem natiuitatis ſuę.Et quidem illi ignorabant quem Locum tenere deberent (qui
autem ſcirent hoſpites in cogniti vt ipſi opinabãtur)in menſa ſancti Ioſeph,ſed non ille qui ſolus nouit H
Gene.49 corda filiorum hominum.Deniq; ſeorſum poſita eſt menſa iudęis ſeorſum ægyptiis,ſeorſum ſancto Io-
3,Reg.8 ſeph,quia alia claritas ſolis:alia lunę,alia ſtellarum.1.Corin.15.Sedebant igitur taciti,Oculis attentiſſi-
mis intuentes bonum paſtorem:expectantes quo fine clauderetur miraculum illud. Accepit ergo Ie
ſus panes,& cum gratias egiſset,diſtribuit diſcumbentibus.Vel iuxta Lucam, Reſpe
xit in Cœlum,& benedixit illos,& fregit,& diſtribuit diſcipulis ſuis:vt ponerent
ante turbas.Marcus.Et duos piſces diuiſit omnibus, & manducauerunt omes & ſa-
turati ſunt. Chriſtus diſtribuebat diſcipulis quantum volebant. Volebant autem vt ſuper eſſet, ne
in medio prandii diceretur,Domine panem non habent.Gręce tamen legitur Hοσον ε θελεν,hoſon ethe-
len.Quantum volebat videlicet Chriſti qui ſuo arbitratu augebat conmeantum illum exiguum.Qđ I
ſi requiras quarę non orauit ſanaturus Paralyticum:ſedaturus mare.Matthęi.8.Mundaturus leproſum
ibidem:ſed ad menſam? Vt tibi exemplum pręberet gratias agendi deo ante menſam, quas certe paren-
tes noſtri non egerunt,qui Cibum vetitum pręſumpſerunt. Aſpexit autem in Cœlum vnde omne da-
tum bonum & perfectum ad nos venit. Benedixit autem Panes dicens, creſcite & multiplicamini,ſi-
mul cum ſua benedictione conferens eis omnem ſaporem ſuauitatis. Hilarius. Panes offeruntur, &
franguntur.Subrepunt in frangentium manibus quędam fragmentorum procreationes.Non imminui-
tur vnde pręfringitur,& tamen ſemper frangentis manum fragmenta occupant,Fallunt momenta vi-
ſum,dum plenam fragmentis manum ſequeris. alteram ſine damno portiones ſuę contueris. Inter hęc
fragmentorum cumulus augetur: & ſaciatis omnibus,multo plus ſupereſt,ꝙ appoſitum eſt.Non ſen-
ſus/non viſus profectum tanti miraculi aſsequitur.Eſt quod non erat,videtur quod non intelligitur, ſo
lum ſupereſt,vt omnia Deus poſse credatur.Creſcit ita ꝙ materies neſcio vtrum in menſarum loco,an
in manibus ſumentium:an in ore veſcentium.Nec miſeris fontes efflure,in eſſe vuas vitibus, & omnes K
mundi opes annuo quodam meatu indefeſſo ꝙ fluere,omnia enim quę vult facit in cœlo & in terra.
Pſalm.113. Neceſſe eſt autem dicere, fragmenta & panes multiplicatos fuiſſe tam in manibus Chriſti ꝙ Apoſto-
lorum ꝙ veſcentium.Nam ſi totum fieret in manibus Chriſti,magna eſſet mora reficiendis tot conuiuis
tum & apoſtolorum onus intolerabile, Ire toties & redire ad Chriſtum , aliis interim oſcitantibus pre
inedia,aliis iam ſaturis ac dormitantibus.Cuius autem ſaporis fuerint panes illi,nouerunt qui comede-
runt.Voluit autem dominus vt ſuper eſſet omibus ſaturis,vt quilibet ſumeret ad ſaturitatem vſq;. Re-
Plutarch, quirit enim Plutarchus. Quid eſt ꝙ antiqui menſam vacuam tolli non ſuſtinebant: ſed omnino cum
aliquid etiam ſuper eſſet. An quod per hodiernum diem,& craſtini oportet meminiſſe! Ego & Do-
Marci.6. minus cogitauit de craſtino. Neq; enim Apoſtoli conſumpſuri erant ſequenti die duodecim illos co-
phinos fragmentorum, An quod vrbanum videretur comprimere appetitum: etiam cum voluptate,
perfrui liceret. Minus enim quod abeſt cupiunt: qui preſentibus ac paratis abſtinere conſueuerunt.An &
aduerſus ſeruos humana eſt conſuetudo.Non enim tantopere gaudeant ſerui ſi accipiant,ꝙ ſi participes
fiant,ꝙ

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſant, ꝙ menſam ſibi cum dominis quodanmodo communicatam eſſe putant, Sed o profundum bonitatis dei, hic enim ordo cõmutatur: quandoquidem dominus omnium menſam benedixit, Cibos diuiſit, officio ſtructoris fungens: Principes populorum miniſtrant, & ex reliquijs pauperum reficitur Dominus. An quod nihil ſacrum inane ac vacuum negligere oportet, Menſa vero res ſacra eſt, id quod ſupra Leui. 24.
expoſuimus, loquentes de menſa panum propoſitionis. Vides igitur vt ſermo ad ſuperiora recurrat: quo modo lex Moſi quę quinq̃ panibus figuratur: expoſita/ turbas paſcit & adhuc ſupereſt vnde Paſcatur eccleſia vſq̃ in finem ſeculi, cum integra vix vni genti ſufficeret. Alioqui ſi litteram tantum conſideret Philoſophus vel Paganus: quid vtilitatis capiet (verbi gratia) ſi legat illud, Abraham genuit filium ex Gene. 16
Agar ancilla, Iudas geminos ex Thamar/ Nuru ſua, Dauid ex adultera Salomonem. Quod Iacob aſtu Gene. 38.
& induſtria ſubripuit benedictionem fratri? Et impoſuit parenti, ꝙ Moſes expoſitus a parentibus: nutritus eſt & adoptatus in filium a filia Pharaonis. Exo. 2. Hec iuxta litteram ordeum ſunt, iuxta tropo-
A logiam ſacramenta ſunt. Sicut Paulus aſtipulatur ad Gala, Cap. 4. Tu autem cum audieris ex Quinq̃ panibus ſatiata quinq̃ hominum milia, memento pugilli farinę viduę illius apud quam paſtus eſt Helias annis fere tribus/ & ſtillę olei, quę non defecerũt conuiuas ſuos videlicet viduam: filium & Heliam donec daret Deus pluuiam ſuper terram. Si requiras/ num inter epulandum biberunt homines iſti? Dicendum ꝙ non, Ea enim tantum multiplicauit dominus Ieſus quę tradita ſunt manibus ſuis. Quę enim Pſalm. 75.
ſeminauerit homo: hęc & metet. Gala. 6. Vnde illud, dormierunt ſonnum ſuum viri diuitiarum ſerui, & Luce. 21.
nihil inuenerunt manibus ſuis Quare? Quia nihil poſuerunt in manibus Chriſti. Qui autem vnum vel duo ęra iactauerit in Gazophylatio Chriſti, centupulum accipiet. Matthę. 19. Cęterum ebrietas ſancta de qua dicitur Canti. 5. Inebriamini chariſſimi, & rurſus inebriabuntur ab vbertate domus tuę, non eſt huius temporis, quando etiam lachrymas accipimus in menſura. Pſalmus. 79. Sequitur. Vt autem im-
B pleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis. Colligite quę ſuperauerunt fragmenta ne pereant. Pſalm. 35.
Collegerunt ergo: & impleuerunt. 12. Cophinos fragmentorum ex quinq̃ panibus
hordeaceis & duobus piſcibus: quę ſuper fuerunt ijs qui manducauerant, Matthęus
Manducantium autem fuit numerus quinq̃ milia virorum: exceptis Mulieribus &
paruulis, Ioannes. Illi ergo homines cum vidiſſent quod fecerat Ieſus ſignum: dice-
bant. Hic eſt vere propheta qui venturus eſt in mundum. Manna Cibus legis iuxta Am-
broſium non ſeruabatur in Diem alterum, qui Dies eſt Euangelij: de quo ſcriptum eſt, mane ſatura- Ambroſi.
bimini panibus. Exod. 16. Qui autem contra preceptum dei Manna ſeruauerunt, non Manna ſed Vermes repererunt. Ceſſerunt enim ſacrificia Veteris legis myſterijs Euangelij. Iuxta litteram autem Dominus pauperum curam gerens, colligite inquit analecta ne pereant, ſemper enim pauperes habebitis vo- Matt. 26
C biſcum, quos pręſtat amicos facere ex Mamonna iniquitatis, ex his fragmentis de quibus dicitur. frange Eſai. 58.
eſurienti panem tuum, vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Luce, 16. Et rurſus, O rex Peccata tua redime miſerecordijs pauperum, forſitam ignoſcet deus delictis tuis. Daniel. 4. Colligite ergo fragmenta, & includite ea in cophinos duodecim, hi ſunt. Pauperum ſinus, ſicut ſcriptum eſt. Conclude eleemoſinam in corde Pauperis, & hec prote exorabit ab omni malo. Eccle. 29. Ne pereant inquit. Reuera autem quantum ego Capio, niſi Dominus pręcepiſſet Colligi reliquias illas Menſę ſuę neſcio quibus pauperibus: non periſſent, etiam ſi centum ſuper eſſent Cophini fragmentorum: ſed id facerent iſti quod fecerant Patris eorum de manate, & tam in ſinu q̃ in manibus ſeruarent ſibi in diem poſtridianum. Nec timendum erat vt vermes ex pane illo ſcaturirent/ quem dominus manibus ſuis renuera, benedixerat & ſanctificauerat. Sed quoniam iuxta Paulum: Nihil intulimus in hunc mundum, & ſicut nu- Exo. 16
di ingreſsi ſumus, ita nudi reuertemur in vterum matris noſtrę. Dicitur nobis vt vtamur hoc ſeculo: ſed 1. Timo. 6
D tanq̃ non vtamur inquit Paulus (1. Cor. 7) Tanq̃ hoſpites & peregrini: nec admodum ſolliciti ſimus de futuris: ſed ſufficiat nobis ſollicitudo quam deus gerit de nobis, ſicut dicit Petrus. 1. Cap. 5. Collegerunt ergo, & impleuerunt. 12. Cophinos. Chryſoſtom. Ego autem non tantum panum Copiam admi- Iob. 1.
ror & multiplicationem: ſed ꝙ tantum quę duodecim ſportulę capere poſsent fragmenta ſuper fuerunt Matth. &
ꝙ pręuiderit: quantum eſſent conſumpturi, tantum enim ſuper fuiſſe voluit, quod profecto ineffabilis Chriſoſto
potentię eſt. Requirendum autem videtur in concluſione, num inter veſcendum famam lędebant proximorum genuino vt dicitur dente, aut dentato ſale? Num de rebus vanis & friuolis colloquebantur, num ſoluebantur inani riſu ac ſardonico iuxta prouerbiũ, aut ſaturati ſunt ad nauſeam vſq̃? Vide quid ſequitur, Illi ergo homines ſobrij cum vidiſſent quod fecerat Ieſus. & cętera. Nam qui ebrij ac temulenti e cõuiuio ſurrexerunt: quid fecerunt: quid ve dixerunt? Sedit popolus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere luſum omnium impijſſimum: & choros ducere dicente. Iſti ſunt dij tui o iſrael qui te eduxerunt de Exo. 32.
terra ęgypti? Dicendum hoc loco de modo quo formatus eſt vitulus. Non eſt enim intelligendum ꝙ iſſe Deut. 32
E aurũ illud cõiectũ in fornace, & imago vituli in igne coaluerit, ſicut q̃dã exiſtimãt. Sed cõflauerũt totũ Pſalm. 77.
aurũ in fornace, Per ignẽ in vnã maſſam: & eã rudem materiã ſcalpello poſita formauit Aarõ vel aliq̃s Vitutus
iuſſu ei?, expſſitq̃ vituli imaginẽ. Quod fit ab ijs q̃ ſigilla & aurea vaſa exculpũt. Et ita dicit textus Hebraicus, formauit cũ ſtilo. Sicut etiã. 70. interp̃tantur. Κα' ἐπλαςεν αυτα ἐν τε γραφιδι, Ke eplaſen auta en te graphidi: & fingit ea cũ ſtilo vel calamo. In honore igit̃ tãti dei (o ꝓfundũ ebrietatis veſani populi) choros ducebãt poſt execrãdum illud epulum. Iſti autẽ Medius fidius, hic eſt inquiunt ille verus propheta qui venturus eſt in mundum. Tu autẽ obſerua quatuor hęc per ordinem, farinam ęgypti, Mãna Exo. 12.
deſerti, fructus terrę ꝓmiſſę, panes menſę chriſti: & panẽ illũ de quo dicit, beatus qui manducat panem

 in regno

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Exo.16. In regno dei. Māna enim nō datur quādiu ſuper eſt apud nos aliquid moꝝ ægyptiorū, nec fructibus te
rrę veſcuntur apud quos reperitur. Māna quod vermes generat; nec menſę chriſti poſſunt participes effi-
ci, qui de fructibus terrę paſcuntur: cui maledixit dominus. Verum qui de pane chriſti hic participauerit
3.Reg.19 ambulabit in fortitudine cibi huius vſq; ad mortem dei Oreb. Habet autē dominus panes quinq; quibꝰ
eccleſia dei mirabiliter paſcitur & nutritur. Primus panis eſt mercenariorū, de quo Iob, anteq̄ comedam
Gene.3. ſuſpiro. Nam olim lauabam pedes meos butyro: Iob.29. Mō vix habeo quod porci ſiliquas vcs. Luc.15.
Pſalm.41. Iſtis dicitur, in ſudore vultus tui veſcere pane tuo, donec reuertaris in terram. Secūdus panis eſt peniten- F
tię, iuxta illud, fuerunt mihi lachrymę panes dię ac nocte. dum dicitur mihi cotidie, vbi eſt deus tuus?
vide, 2. Reg. cap. vltimo. Huic explecta penitētia dicitur, Ne timeas Miphiboſech, quia reſtituam tibi
Gene.18. hęreditates patris tui; & tu comedes panem ſuper mēſam meam ſemper. Tertius panis eſt amicorum de
Hebre.13. quo 4. Reg. Cap. vltimo vide. Item illud/ Accelera: commiſce tria ſata ſimilę: & fac ſubcineritios panes.
Quartꝰ panis eſt filiorum, de quo Paulus: habemus altare, de quo edere nō habent poteſtatem: qui Ta-
Ioan.6. bernaculo deſeruiunt, De hoc altari ſumimus panem illum qui de cœlo deſcendit. Quintus panis hic eſu
4.Re.4 ritur, ſicut ſcriptum eſt, Nunc ergo ne forte mittat manum & ſumat de ligno vitę & comedat & viuat
Gene,3. in ęternum, & ſupplēdum eſt, mittatur foras ad laborem. Quibus verbis oſtēditur: futurum aliquādo vt
Matth.5 lignum illud vitę ęternę fieret oibus cōmunis, qui hic eſurierūt iuſticiam, ſicut dicit dominus, ipſi ſatura-
buntur. **Et ſtatim compulit diſcipulos aſcendere in nauiculam, & pręcedere eum trās**
**fretum ad Bethſaidam, donec dimitteret turbas** Queritur, ſi dominus pręcepit vt ſe pręcede G
rent ad Bethſaidam, quomō illi ierunt in Capharnaum? Intelligēdum q̄ Capharnaum eſt ciuitas aliqn
tum remota a littore maris, ita q̄ portu nō erat portus Capharnaum ſed Bethſaidę, & ꝓpterea coinci
dunt nauigare ad Capharnaum & ad portum Bethſaidę quo appulerūt. Et quoniam portus ille erat in
regione Geneſareth aut ſic vocabitur, ideo terminus iſte ad quem huius nauigationis appellatur Gene
ſareth: Bethſaida & Capharnaum ab euāgeliſtis diuerſis rationibus. Donec dimitteret/ per inde valet,
interim q̄ turbas dimittebat. Compulit inquit, Gręce eſt: ἠνάγκασεν. EuanKaſen aut plus ſignificat q̄
compulit vel coegit, quod dixit Marcus, vt intelligamus eos inuitos a preceptore diſceſsiſſe: quē ſic ama
bāt (nō enim in eo habet locum prouerbium illud nihil nimis) vt nec pūctum tēporis poſſent ab eſſe ab
homine/ deo homine omniū horarum: amabili ſuper amore mulierum. 2. Reg. cap. 1. Eſt autē ordo textus
iſte. Finito cōuiuio, & ſublatis reliquijs: iuſſi ſunt diſcipuli nauim conſcendere: quod & fecerunt. Interea
turbę quę paſtę erāt, venerūt ad chriſtum dn̄m, vt cum eius beneplacita benedictione reuerterētur in ſua
et ipſe abire iuſsit. Quādo vero turbę veniebāt ad chriſtū, viderūt diſcipulos iuſſu eius cōſcendiſſe naui; H
atq; ita factum eſt vt iuxta Ioānem/ dn̄s ſolus eſſet cum turbis. Turbis vero iam permiſsis abire: cogita-
tio hęc ſub repſit cor eorum: vt raperēt eum qui ſolus erat: & regem ſibi crearent; nullo iure nulla fulti aut
pręditi auctoritatę: tanta eſt vis ventris ſaturi.

**Caput. iii. Quomō abſente dn̄o oborta tempeſtate nauis a vi tū debatur**
**ventorū quarta autem vigilia noctis dn̄s venit ad eos, quē tn̄ phātaſma**
**eſſe rati ſunt ſed ad vocē chriſti omnis timor abſceſſit. De Petro ambu-**
**lante ſuper aquas & manu chriſti exemptū a tempeſtate & qualiter cor**
**apſtorum obcęcatum erat inter hęc & de fide eorum qui erant in naui.** I

Ioan.6. **Eſus ergo cum cognouiſſet, q̄ venturi eſſent vt de raptim ſe face**
**rent regem,** (Rapere volebāt quia alienum eum intellexerat ab appetitu reg-
ni) **Fugit iterum in montem ipſe ſolus,** Mattheus & Marcus, vt oraret
Item & vt turbas lateret, & manſit in monte orans illo veſperi & nocte tota ſeq̄n
ti vſq; ad quartam vigiliam noctis. Itaq; iuxta Ioannem, **vt ſero factum eſt,**
**deſcenderunt diſcipuli eius** (eo compellente) **ad mare. Et cum aſcen-**
**diſſent nauim, venerunt pro veniebant vltra mare in Capharnaū.**
Marcus dicit pręcepiſſe Dn̄m diſcipulis, vt pręcederent eum ad Bethſaidam, quia
Bethſaida erat in via ante Capharnaum in qua ciuitate dominus vniuerſorū do-
micliū ſuum habebat, aduena & peregrinus ſęculi huius: ſicut ſcriptū eſt, tu ſolus peregrinus es. Lu.24. K
Quod autē dicit, venerūt vltra mare, idem eſt ac ſi dicat, voluerunt venire. Ioannes. **Et tenebrę iam**
**facte erant et non venerat ad eos Ieſus.** Diu licet multum q̄ expectatus, nec ignarus quanto ſui
tenerentur deſiderio. Verum ne in locis deſertis nox eos occuparet, tādem cōmittunt ſe mari, ſperātes fo-
re vt vel inter nauigandū occurreret eis alia naui vel in ciuitate eum offenderent Bethſaida vel Caphar
nao. Ioannes. **Mare autem vento magno flante ſurgebat.** Matthęus. **Nauicula autē in me**
**dio mari iactabatur fluctibus. Erat enim cōtrarius ventus,** Marcus. **Ipſe ſolus erat in**
**terra, & vidit eos laborantes in remigando.** Ad hęc Hierony. Bene inuiti receſſerūt a domino
Hierony. pręſagiebant enim reuera id quod accidit, vt eo abſente naufragia ſuſtinerent. Nam ſi eo pręſente ſed dor
Marci.4 miēte in puppi nauis, ad mortem vſq; periclitati ſunt; abſente nauclero: quid nō temere debuerūt. Reue
ra dixerūt illud. Ablata eſt iam omnis ſpes ſalutis noſtrę, neq; luna neq; ſyderibus apparētibus, tempeſta
Actu.27 te imminēte, ventis cōtrarijs. Ad hūc modum iuxta tropologiam, abſente Moſe, populus impatiēs mo
Exo.32. rę, deos ſibi fabricari popoſcit, vnde peccauit peccatum illud grande & quo nullum maius, niſi forte q̄
manus

Fondo Reservado de EL COLEGIO DE JALISCO

manus miſit in filium dei. Deniq; domino in cacumine mõtis cõmorante, ſtatim ventus cõtrarius oritur & turbatur mare, periclitãtur apoſtoli, & tãdiu imminens naufragium perſeuerat, quãdiu Ieſus veniat Itaq; cum cognouiſset Ieſus ꝙ venturi eſſent. &c. Gregorius. Quis autem principari hõi᷑ iuſtã ſine culpa potuiſset, ꝙ̃ is qui hos nimirum regeret, quos ipſe creauit? Sed quia id circo in carne apparuit, vt non ſolum per paſſionem nos redimeret: verum etiam per cõuerſationem nos doceret, exemplũ ſe ſequentibus prebens: Rex fieri noluit: ad crucis vero patibulum ſpõte venit. Plerũq; autẽ aduerſitatis magiſterio ſub diſciplina cor premitur, quod ſi ad regiminis culmẽ erupit: in elactione protinus vſu glię permutatur Dixit autẽ aliquãdo Veſpaſianus cũ ab eo creato nuper imperatore ſenex quidã libertati donari peteret, heus homo ſcias vulpem pilos mutare/nõ mores. Sic itaq; Saul qui indignum ſe prius cõſiderans fugerat, mox vt Regni gubernacula ſuſcepit: intumuit. Honorari nãq; coram populo cupiens, dum reprehendi publice noluit, ipm qui ſe in regem vnxerat abſcidit. Sic Dauid auctoris iuditio pene in cũctis actibus placens, mox vt preſurę põdere caruit, factus eſt in morte Vrię crudeliter rigidus, qui in appetitu fęminę fuit eneruiter fluxus, Et qui malis ante nouerat pie parcere, poſt in bonorum nece didicit ſine obſtaculo anhelare. Sequitur in paſtorali. Nabucodonoſor regẽ dominus in irrationale animal vertit: ab humana ſocietate ſepauit, vt hõ q̃q; eſſe pderet, q̃ regnũ ſe vltra hoies (ſtatua dedicata) exiſtimaſset. Ergo q̃ in plano ſtãtes titubãt, cũ ſuo periculo in precipitio pedem nõ poriant: certe neſcit laudem cum ſuppetit fugere, qui ad hanc didicit cum de eſſe anhelare Quid nãq; eſt poteſtas culminis, niſi tempeſtas mentis? Inter tot ergo tempeſtates quid ſequendũ quid tímendũ eſt? Niſi vt virtutibus pollẽs coactus ad regimẽ veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat. Qui enim curã populi electus preſul ſuſcepit, quaſi ad ęgrum medicus accedit: Si ergo ad huc in eius opere paſſiones viuũt, qua preſumptione percuſſo mederi propat: qui in facie vulnus portat. Tãtum debet actionẽ populi actio trãſcendere preſulis, quantũ diſtare ſolet (bona verba bona verba Gregori) a grege vita paſtoris. Alligãt onera quę nec vel digito tãgere dignãtur. Apprehẽdet vir fratrẽ ſuum & dicet, Veſtimẽtum tibi eſt, eſto priceps noſter, ruina autem hec ſub manu tua. Et reſpõdit ille, Nõ ſum medicus, & in domo mea nõ eſt panis neq; veſtimẽtum, nolite me cõſtituere pncipem populi. Hierony. Sicut ergo populus aliquem digniorem ſe reputat: vt in prelatũ eligat, ita qui eligitur, nominatim aſſentiatur ſed vires ſuas metiatur (quid ſi omes ſe reputãt Oges vel Samſones?) Si habet vnde veſtimẽta & cibũ det populo in tempore ſuo, Multi enim eſurientes & nudi cum nec ſpirituales cibos nec chriſti tunicam habeãt/alijs veſtimẽta pmittunt & alimoniam, & vlceroſi ſe medicos iactãt, nõ timẽtes quod dicitur, ne quęras fieri iudex, ne forte nõ poſsis auferre iniquitates nec ſeruant illud Moſaicum Exo. 4. Prouide alium quem mittas, nam ego in circuncíſus ſum Labijs: doctus alioqui ſapiẽtia terrena. Sic Ambroſi? cum eligeretur in epm, multa cauſabatur, pfanę functionis hominẽ eſſe: ſacrarum rerum impitum nõdum ſacro renatum lauacro, cum Paulus etiam vetet neophytum ad eccleſię gubernacula admoueri. Sed hic fruſtra facũdus erat Ambroſ. Quo vehemẽtius enim ille detrectabat, magis accẽduntur populi ſtudia: ſic p preſule cõſulari fit pſul in fulatus, ante prefectus gregi dominico (alter Saulus qui & Paulus vas electiſſimum) ꝙ̃ in gregẽ dominicum coaptatus. ita ipe de ſe dicit. Raptus de tribunalibus ad ſacerdotium, docere vos cepi, quod ipe non didici. Itaq; factũ eſt: vt prius docere incipem ꝙ̃ diſcere. Ita Gregori? de ſe dicit, Iubet ſerenitas veſtra o impator ſimiam fieri leonẽ, & quidem ſi mea cũ ſim, leo dici potero, fieri nõ potero. Verũtamen (quod pace oium dico) harũ beſtiarum imp... ne ominatarũ ſimearum in eccleſia dei admodũ puſillus eſt numerus; multis dicẽtibus ſi nõ ore corde tñ. Nõ ſum ego ſicut ceteri paſtores. Marcus amputaſse ſibi pollicẽ traditur, vt ſacerdotio repbus habere tur. Tiberius principatum oblatum diu recuſauit, impudentiſsimo animo nũc adhortãtes amicos increpans vt ignaros, quãta bellua eſſet imperium: nunc precantem ſenatum & procumbẽtem ſibi ad genua ambiguis reſpõſis & callida cũctatione ſuſpẽdens id eſt ſuſpenſos reddens, vt quidam patiẽtiam rumperent: atq; vnus in tumultu pclamaret: aut agat: aut deſiſtat, alter coram exprobaret, ceteros quod polliciti ſunt tarde preſtare, ſeipſum quod preſtet tarde polliceri. Tandem quaſi coactus & quęrens miſeram & oneroſam iniungi ſibi ſeruitutem (notate verba ex ore vnius gentilis nõ admodum pbatę vitę plata) recepit impium, nec tamẽ aliter, ꝙ̃ vt depoſiturũ ſe quãdoq; ſpem faceret. Merito igitur dominus ſubter fugit regium diadema, vt id innueret tacite, ꝙ̃ rara auis eſt rex qui ſciat parcere ſubiectis, debellare ſuperbos, pēſſe vitijs, nõ hominibus, qui dicat ſemper, venite poſt me, nõ autẽ/ite. Qui deniq; iuxta ſcripturã pro decẽ milibus cõputetur. Sciat autẽ rex inquit Auguſtinus, ꝙ ſicut in throno hoium primus cõſtitutus eſt, ſic & in penis ſi iuſticiam nõ fecerit, pmatum habitur? eſt. Omnes nãq; quoſcũq; peccatores ſub ſe in pſenti habuit: ſupra ſe modo in placabili in illa futura pena habebit. Ad hec Plato. O Thraſymache ſicut modo dicebam/turpiſſimum videtur ſpõte quę piam ad regimen Reipublicę accidere, ſed tamẽ neceſſitatẽ expectare nõ debet. Detrimentum autẽ nullum maius poteſt accedere reipublice: ꝙ̃ a peſſimo regi viro, ſi ipe bonus regere illam & gubernare poſsit. Si enim boni ſunt ciues nõ debẽt ſpõte accedere ne videantur cupiditate honoris adducti accedere, quod eſt hois ambitioſi. Portet igitur illis neceſſitatẽ imponi vt velint magiſtratum accipe. Maxima vero multa eſt, adminiſtrationi malorũ ſubnci, niſi ipſi acceperint guberna ulum. Quanta ergo temeritas & per tritę frõtis ambitio dicere, ecce ego, mitte me: Quãtum malum occiſis fr̃ibus. 70. Impium ſ̃pere? Iudi. 9. De hoc dicetur. Ioan. 21. Lat us. Et Mat. 2. Fugit igitur dominus, ſic tamẽ vt nõ ſentiretur aufugiſse. Aſcẽdit autem montem oraturus: nõ ſibi ſed nobis. Tu autem memento longe orãtis intra vterum bellug, vt intelligas ꝙ ois locus aptus eſt orationi maxime tamen mõs, in quo homo a terrenis ſemotus, ſpm contendit deo exhibere preſentem. Et obſerua quomodo Moſes inter orandum, manus dimittit, quę grauiſsimę erant, ſiquidem ſpiritus promptus eſt

Margin notes: Gregori?. — Veſpaſia. — 1. Reg. 10 — 1. Reg. 15 — 2. Regũ. 11 — Idem — Dani. 4 — Matt. 23 — Eſai. 3. — Hieronim — Eccle. 7 — Actuũ. 7 — 1. Timo 3 — Ambroſi? — Actu. 9. — Gregorius — Luce. 18. — Marcus — Tiberius — Auguſti. — 2. Reg. 1 — Plato — Eſai. 6.

A B C D (section letters in left margin)



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

cato autẽ infirma. Aſcẽdit inquit orare. Anima quidẽ chriſti ſemp fruebatur, vacans diuinę cõtempla-
Exo.17. tioni, ſicut modo beati in cœlo, & tamẽ adhuc velut Martha intẽdebat multis/loquẽdo/docendo/ſorte
Matt.26 & manuario opi inſiſtendo cum Ioſeph, & in his occupatus potẽtijs inferioribus: nõ fieret redundantia
Abulenſis illius ſummę beatitudinis virium ſupiorum in inferioribus. Cũ autem dñs chriſtus totum ſe traderet offi
Luce 10 cio Marię, talis vacatio (vnuſquiſq; ſit apud ſemetipſum. Exo. 16. Erat ſolatiũ magnum chriſto, & hoc
Chriſtus erat dñm chriſtum orare, ſicut fecit diebus. 40. Cum ieiunauit. Matthę. 4. Inter hęc igitur nauigantibus
apoſtolis, tenebrę factę ſunt, quę cõduplicabãt metum, nam & venti vehemẽtes, ijdemq; aduerſi mag- F
no miſcebãt murmure pͣ ſtum. De hoc ita habes in ſacramẽto. Fugiẽte Iona: miſit dñs ventum magnum
in mari, & nauis piclitabatur cõteri, cum alias ſerenum eſſet. Et cęperunt nautę alleuiare nauim, miſſis
in mari vaſis. Ionas autẽ deſcendit: ad interiora nauis & dormiebat ſopore graui. Et acceſſit gubernator
& dixit ei. Quid tu ſtertis? Iuxta. 70. Et infra. Miſſis ſortibus/deprehẽditur Ionas. Quo dicẽte, ppter me
orta eſt tempeſtas hęc: iubetur vt qui expoſuit cauſam morbi, indicet & ſanitatis. Tollite me inquit, &
mittite me in mare: cõtra me tempeſtas detonat, me quęrit: naufragium vobis minatur, vt me prẽdat: &
Hierony. mea morte viuatis. Non ignoramus inquit Hieronymus flãtes ventos quibus in euãgelio dñs vt quieſ-
Matt.8 cerẽt imperauit, & piclitantẽ nauiculam in qua ſtertebat Ionas: & intumeſcẽs mare quod increpatur, re
ferri ad dñm ſaluatorem: & periclitãtem eccleſiam vel apoſtolos, qui eum deſerẽtes in paſſione: quodã
modo in fluctus pcipitabãtur. Nam nocte capitur dominus, & percuſſo vel capto paſtore, oues diſper-
Matth.26. ſę ſunt. Periclitabatur igitur nauis p abſentiam chriſti & maxima parte noctis piclitabatur, donec ionas
Pſalm.29. ingreditur mare: quarta videlicet vigilia noctis. Ad veſpum enim demorabitur fletus, & ad matutinũ
lętitia. Tollite inquit me, & mittite. Nõ enim eſt noſtrũ mortem arripere, ſed illatam ab alijs libenter G
Hierony. accipe. Vnde & pſequutionibus nõ licet ppria perire manu inquit Hieronymus: abſq; eo vbi caſtitas
periclitatur, ſed percutienti colla ſubmittere. Itaq; mare quod abſente iona iraſcebatur, in viſceribus ſuis
deſideratũ tenens, gaudet & confouet, & ex gaudio trãquillitas redit. Si cõſideremus ante paſſionẽ Dñi
errores mũdi & aduerſorũ dogmatum flatus cõtrarios: totumq; humanum genus piclitari, & poſt pa-
ſſionẽ eius trãquillitatem fidei: orbem pacatum & ſecura oĩa: & conuerſionẽ ad deum: videmus quomõ
quarta vigilia venit dominus Ieſus ad ſuos: dicens. Cõfidite, ego ſum, nolite timere. Ego ſum qui a ceto
deuoratus, trãquilla feci oĩa. Nec refert vtrum ionas ex naui mittatur in mare, an de mõte deſcendẽs in-
grediatur mare, vel q ionas it ſub aquis, & dñs ambulat ſup aquas, quia dominus & viuens mare ſeda
Matth.26 uit, & mortuus pacẽ dedit eccleſię: ſicut ſcriptũ eſt, poſtq̃ autẽ reſurrexero: poſtq̃ a ceto viuus euomat
Pſalm.9. pcedam vos in Galilęam, ibi me videbitis & gaudebit cor vrm. Ioan. 16. Itaq; iuxta Matthęũ. Quarta
vigilia noctis, videns eos laborantes in remigando, nec quicq̃ tamẽ (quoniã tu laborem & dolorem H
cõſideras: vides quę agim?, quę ve patimur inter remigandũ, tot vẽtis cõtrarijs, tot teremotis detardãti
bus curſum noſtrũ) Venit ad eos ambulans ſupra mare. Vigilię & ſtationes militares in quã
terna horarũ ſpacia diſtinguũtur. Cũ ergo dicit, quarta vigilia noctis veniſſe ad eos dñm chriſtũ, oſtẽdit
eos tota nocte piclitatos fuiſſe de vita, & quãdo iam pene deſpatis rebus, animũ de ſpõderant quomõ
1.Reg.23 legimus de viro iuxta cor dei, porro Dauid deſperabat ſe poſſe euadere a Facie Saul: quẽ idem Saul &
viri ſui cingebãt in modũ coronę. Idẽ habes de paulo 2. Cor. ca. 1, Quod autem dicit Marcus: & volebat
Cap.30 pterire eos (quomõ alibi legis, fingit ſe lõgius ire, Luc. 24. (Hoc eſt quod autẽ Iob: clamo & nõ audis,
ſto & nõ reſpicis: mutatus es mihi in crudelem. Et illud: taces: impio cõculcãte iuſtiorẽ ſe. Habac. 1, Quo
rum ſentencia hec eſt: deum ſic aliquãdo pmittere ſuos cõcuti malis, quaſi negligat: quaſi nõ videat q̃-
ſi ignoret, cęterũ quod rei veritas habet, qui tangit vos: tangit pupillã oculi mei. Sicut enim pmiſit tres I
Zacha.2 pueros mitti in fornacem accẽſam ſeptuplum: & cum ipſe quartus ad eſſet intra caminum, nõ videbatur
Dani.3 tamẽ ab illis. Hoc eſt ergo quod dicit Marcus, Et volebat pręterire eos. Speciẽ enim prę ſe tulit q̃-
ſi hominis ambulãtis ſupra mare: & volẽtis pterire nauiculã in qua ipſi ferebãtur. Cęterum illi (Viden
tes eum ſupra mare ambulantem (Cũ remigaſſent ſtadia. 25. aut trigĩta) turbati ſunt
dicentes phantaſma eſt, & timore clamauerunt. Stadium octaua pars eſt miliarij. Remiga-
bãt autẽ verſus littus vnde pfecti fuerãt, ſi forte pffenderent magiſtrum: qui iuſſerat vt pcederent eum
trãſfretum Quod autẽ dicit, putauerũt q phãtaſma eſſet, ſcd'm opinionẽ vulgi opinati ſunt. Credũt eĩ
multa huiuſmodi ſpectra noctu nauigãtibus appere. De hoc Plinius lib. 2. Cap. 37. Vidi in nocturnis mi
Plinius litum vigilijs inhęrere pilis pro vallo fulgurum effigies. Eę & antẽnis nauigantium alijſq; nauiũ parti-
bus ceu vocali quodam ſono inſiſtunt vt volucres ſedem ex ſede mutantes. Graues cũ ſolitarię venere:
mergentes q nauigia: & ſi in carinę ima deciderint exurẽtes. Geminę autẽ ſalutares, & pſperi curſus p- K
nuntia: quarũ aduentu fugari diram illam atq; minacem appellatã q Helenam ferunt. Et ob id polluci
& caſtori id numẽ aſſignant, eoſq; in mari deos inuocãt. Hominũ quoq; capita veſptinis horis magno
pſagio circũ fulgent. Omnia incerta ratione & in naturę maieſtate abdita. Hec ille. Vnde illud ex actis
cap. 28. Poſt tres mẽſes nauigauimus in naui Alexãdrina: cui erat inſigne Caſtorũ, Grece Dioscurorũ
Id enim nomẽ eſt caſtori & polluci: filijs Iouis & Ledę. Antonius Nebriſenſis. Refert Seneca in primo
libro naturaliũ quęſtionum, q ſi in media tẽpeſtate appent quaſi ſtellę velo inſidentes: adiuuari ſe tũc
piclitantes exiſtimẽt, Caſtoris & pollucis numina credẽtes. Has hodie in tempeſtate dephenſi nautę: Sã
cti Thermi lampadas vocant, quas cum viderint, pcerto habent frangi e veſtigio tempeſtatem. Beda
gemini inquit Caſtores ſunt Caſtor & pollux (Iouis filij) quos ideo Gẽtiles in mari deos vocãt: quia in
tempeſtate ſi ſolę apparuerint in naui vel in antenis/piculoſi: ſi vero geminę, pſperi curſus ſunt nũtię.
Sane cum ſolę videntur Helena vocatur; nõ caſtor vel pollux, Helena autẽ ſoror fuit Caſtorum, illi ex
vno illa

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

vno illa ex altero ouo ꝓgeniti, matre Leda. Hęc Antonius Nebriſſenſis. Vide ergo quot gradibus augetur eorum timor. Primũ tenebrę profunde fere totius noctis. Secũdo magiſtri abſentia. Tertio ventus contrarius. Quarto tẽpeſtas valida. Quinto ꝙ vident dñm naviculę fieri ꝓpinquum, nec tamẽ agnoſcũt, primũ quidem tenebris arcẽtib⁹ viſum, deinceps, quia fides illorũ languebat & dormitabat. Tamẽ vrgẽte tẽpeſtate clamauerunt. Quãdiu igitur nõ clamauerunt, nõ affuit dominus, qui tamẽ nuſquã abeſt ſtat tamẽ poſt parietem nrm, opiens clamorem nrm, qui ſi dormit cor tamẽ eius ſemper vigilat. Cant. 5. Canti. 2
Quarta vigilia venit, ne vile ſit nobis beneficium collatum, differt dare, ne cum Eſau ꝓlentib⁹ ius noſtrum liceamur. Et hoc eſt quod ſequitur. **Et ſtatim Ieſus loquutus eſt eis dicens. Habete fiduciam: ego ſum: nolite timere.** Sic ait, & dicto citius tumida ęquora placat, collectas ꝗ fugat nubes ſerenum ꝗ inducit. Vnico igitur verbo omnẽ metum ſoluit ab animo illorũ, & reddidit illos ſibi
A ipſis. Loquela enim Chriſti manifeſtum eum fecit, & tamẽ cum euntibus in emaus diu collocutus, agnitus nõ eſt. Agnouerunt igitur oues vocẽ paſtoris quem phãtaſma putabãt. Nec mirãdum ſi inter denſiſsimas tenebras phãtaſma opinati ſunt, quãdo poſt reſurrectionẽ ſuam clara luce/ſtãs in medio eorum Luce. 24
ſpectrum rati ſunt, quo cum nudius tertius cęnauerãt. Ego inquit ſum: qui admodicum & in pũcto dereliqui vos, quo magis in mei accẽderem deſiderium: attñ quia ſemper lachrymas impartior cum menſura (Pſalmus. 79) en adſum, in quo viuimus, mouemur, & ſumus. Actu, 17. Ibi Petrus qui in multis locis Eſai. 49.
euãgelij repitur ardẽtiſſimę fidei, impatiens morę, **Dñe inquit ſi tu es: iube me venire iſtic ſuper aquas.** Iube, & illico ſolidabũtur vndę, leue fiet corpus, quod alias graue eſt. Nam & Habacuch per capillum portatur ab Angelo ſatis longa inter capedine terrarum: & Helias curru igneo vectus eſt Dani. 15
neſcio q̃. 4. Reg. 2. Ita & iuxta Hieronymũ/fides Petri eſt quę ambulauit ſup aquas: nõ corp⁹ Petri. Et Hieronim
Moſes quidẽ iuſſu dei mare ingreditur, & egreditur: ſed feruor Petri cito fuit peſſum. Vnde dixit Paulus Exo. 14.
B qui ſe putat ſtare, videat ne cadat. Origin es. Peccatores quia grauis naturę ſunt, demerguntur quaſi plũ 1. Cor. 10
bum in aquis vehemẽtibus. Sãcti autẽ ambulãt ſup aquas quia leues ſunt, nempe ſex alę vni & ſex alę Eſai. 6.
alteri. Vnde dominus ſup aquas ambulat, qui peccatũ nõ fecit: qui rurſus dicitur aſcẽdiſſe ſup nubem le Eſai. 9.
uem: quę etiam peccati põdere grauata nõ eſt nempe cui datę ſunt duę alę tantũ, ſed erant aquilę ingnis, quibus fulta mulier hec beatiſſima, ſemp in arduis verſatã eſt. Iob. 39. Petrus igitur quia nõ erat to Apoca 12
tus ſpũalis (diffiſus eſt enim) ſed habebat aliquid de plũbo, mergi cępit. Illi autẽ toti carnis erãt quos terra dehiſcẽs: quia ſuſtinere nõ potuit: deglutiuit. Num. 16. Vnde ſequitur. **Et reſpondit Ieſus. Veni.** Gene. 6
**Et deſcendẽs Petrus de naui: ambulabat ſuper aquam vt veniret ad Ieſum. Videns vero ventum validum: timuit: & cum cępiſſet mergi, clamauit dicẽs. Dñe ſaluũ me fac.** Quod dicit cũ cępiſſet mergi, Gręce eſt, Καταποντίζεσθαι, Catapontizeſthę, ideſt inuolui fluctibus marinis. Ad hec Chryſo. Mos bonitatis dei eſt, iam exercitatos in paruis/ in maiores tẽtationes im
C mittere. Nauis ſola erat, & profundę tenebrę, & tẽpeſtas grauiſſima, & ſupueniente domino/ a deo exterriti ſunt more puerorum, vt prę timore exclamauerint. Sic ad iob vltimo ſeruatum eſt, vt ab vxore a Chriſoſto
ſeruis & amicis audiret ob pobria eaꝙ nõ leuia. Et quãdo Iacob dominus de ſeruitute Labã liberabat maior turbatio accidit, ꝙ ſocer illum perſequutus, mortẽ minabatur, & paulo poſt frater ſucceſſit, qui ſine dubio maiorem illi timorem ex pręſencia incuſſit. Dixit em̃ ſi pcuſſerit vnã turmã, ſaluabitur altera. Gene. 31
Sic Abrę nouiſſima tribulatio omnes ſupauit, quã filium offerre iubetur, & hec ſola vocatur tẽtatio/ Gene. 32
Gene. Cap 22. Et hoc mõ certe quę intolerãda ſunt fiunt tolerabilia. Taurũ enim tollet, qui vitulũ ſuſtulerit. Eſt autẽ & naturę humanę cõditio nõ infrequens, vt difficilioribus ſuperatis, nõ nunꝙ tẽtationibus ſuccũbat minorib⁹, quod etiã Helias paſſus eſt in iezabel, Moſes ad aquas cõtradictionis. Nũ. 20.
Dauid in Bethſabe 2. Re. 11 Et nũc Petrus tota nocte vexatus/magna cũ fiducia in aquas deſcẽdit: ad vẽ torum autẽ magnitudinem cum eſſet iam prope chriſtum animi magnitudinẽ retinere nõ potuit. Sed nihil ꝓdeſt loco eſſe prope chriſtum: ſi fide nõ ſis. Et ſicut anteꝙ volare queat/ ſi nido pullus exierit & in 3. Regũ. 19
D terram decidat: mater velociter raptum in nidum reſtituit, ſic tunc Chriſtus in Petro peregit. Ambulabat inquit ſup aquam Petrus ita ſecurus: ſicut beati illi tres viri inter ignes fornacis. Et vt ego exiſtimo ſi opurnitas ſe offerret, dicturus erat Petrus, ſi tu es, iube me volare per aęra, vt ad te veniam. Tamẽ quia Daniel. 3
homo erat, timuit, Metus a ventorum vehemẽtia naſcebatur, periculũ a metu, metus a diffidentia. Vbi enim dimotis Paulisper oculis a Domino, cępit circũſpicere tumẽtes fluctus, ſuamꝙ imbecillitatẽ, illico cępit & ſubſidere: verum periculi magnitudo rurſus excitauit in Petro igniculum fidei: vt iam pene immerſus vndis, exclamaret. Domine ſaluum me fac: cępit mergi, deo permittẽte: ad tollẽdam inuidia cęterorũ apoſtolorũ. Item Petro occaſio aufertur ſupbiendi, qui cito credidit mox diffiſus ſidit rurſus exclamãs emerſit, ita Petrus qui fundamentũ poſuit eccleſiaſtici ędificij, vacillabat inter ſpem & infidelitatẽ.
Ad hec Auguſti. Fertur in antiquorũ hiſtorijs militãtes in inſtitorum foris ſuper equorũ auribus ſolitos
E ludere. Natãdi quoꝙ arte imbuti, merſo medio corpore in profunda vix ſubeunt. Hoibus ergo illud valẽtibus ex frequẽti vſu, nõ mirum ſi imperãte domino cato Petri leuigaretur: vt poſſet ſuper aquas ambulare. Potuit autẽ & in aqua illa ſoliditas fieri. Aqua enim terrenam habet craſsitudinem, quę aliquãdo facta eſt quaſi murus. Sic alibi domino iubẽte, ferrum natauit, num cõtra naturam ſuam ignis ſuper ſodomitas deſcẽdit. Geneſ. 19. **Et continuo Ieſus extendens manum: apprehendit eum dixit ꝙ illi: Modicę fidei quare dubitaſti.** Et cũ aſcendiſſet in naviculã, ceſſauit ventus. Grece, ἐδίστασας, is tediſtaſas, ad qd vacillaſti: Id em̃ vox greca ſonat, cũ aius nũc huc: nũc illuc impellitur more vndarum aut arundinis. Et erat mirabile videre dominũ ſupra mare ſtantem ſiccis veſtigijs, & tenentem manu Petrum ne totus ſubſideret, qui certe ad femora vſꝙ vel forte ad vmbilicum iam merſus erat. Auguſti. Exo. 14. 4. Reg. 6.

Ita dñs

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ita dominus cõplexum Petrum quaſi pullum implumẽ nido reſtituit dicens. O modicę fidei. &c. Si Pe-
ronim tius (inquit Hierony ) qui cõfidenter dixit, dñe iube me. &c. Quia paululum timuit: audiuit, Modicę
fidei: quid nobis dicẽdum eſt, qui huius modicę fidei nec minimã quidẽ habemus particulã: Dicit autem
Abulenſis Abulenſis hoc loco, ꝙ fides Petri nõ modica erat, ſed erat nulla: quia dubius in fide: infidelis eſt: Chri-
ſtus tamẽ modicã vocat, quia ſcriptura interdum modicũ pro nullo accipit. Ita dicitur Marci. 5. Modicę
fidei quid timidi eſtis? Nec dum fidem habetis. Sic ergo modicũ habere & nõ habere: pro eodẽ poſuit. Hi F
Hilarius larius. Vt autem quędã medicamẽtorum genera ſunt ita cõparata, vt nõ ſingulis tãtum ęgritudinibus,
ſed oibus in cõmunimedeantur: habeant ꝙ in ſe virtutẽ generalis auxilij, ita & fides catholica nõ ad-
uerſus ſingulas tãtum peſtes ſed cõtra omnes morbos opẽ medelę cõmunis impartit, nõ infirmanda ge
nere, nõ vincẽda numero, nõ diuerſitate fallẽda, ſed vna atq; eadem aduerſus ſingula atq; oia cõſiſtit,
Ephe. 6 dicẽte apoſtolo. In oibus ſumentes ſcutum fidei (ex quo vnico mille alij Clypei pendent Canti, 4.) In
quo poſsitis oia tela inimici ignea licet extinguere. Permiſit autẽ domin⁹ Petrũ ſubmergi, iuxta Theo
Theoph phyl. Ne ille ſupbiret, & ceteros ſolaretur diſcipulos, qui ei ſub inuiderũt. Sed & chriſtus dñs quantum
Petrum diligeret oſtẽdit. Vnde & illud, ego rogaui ꝓ te vt nõ deficiat fides tua, hoc eſt, nõ dum cecidiſ-
Luce. 22. ti, & ego iam porrexi manum, pręuidens caſum tuũ: iuſtus enim ſi ceciderit nõ collidetur, quia dñs ſup-
Pſalm, 36. ponit manũ ſuam. O ꝓfundum bonitatis tuę domine Ieſu. Q̃z primũ igitur nauim aſcẽdit, ceſsauit vẽ-
tus, cuius enim impetu excitatus fuerat eius & iuſſu cõquieuit. Et vehemẽter ſupra modũ intra
Marci. 6 ſe ſtupebãt & admirabantur. Non enim intellexerãt de panibus. Erat enim cor eorũ
obcęcatum, In miraculo panum ꝙ eſſet oium creator oſtendit, ambulãdo ſuper vndas, ꝙ corpus ha G
beret liberũ omni peccati grauedine, placãdo vẽtos & mare; ꝙ elemẽtis dominaretur oſtẽdit. Sed tũ
des adhuc diſcipuli magnitudinem quidẽ virtutum ſtupebãt, verum diuinę maieſtatis veritatẽ nõ ag-
noſcebãt. Vnde ergo illa vox: iube me venire ad te, & illa dñe ſaluum me fac? Poteſt dici ꝙ nõ omniũ
erat obcęcatum cor, aut nõ omnium ęqualiter, Habet enim fides gradus ſuos: de quo Matth, 17. Diceſ
itaq; dño nauim ingreſſo: timore diſcipulorũ ſucceſſit admiratio, quomõ videlicet corpus humanũ: non
infuſis veſtigijs, poſset ambulare ſuper elemẽtum fluidum, idq; vẽtis perflãtibus lacũ, totumq; eruẽti-
bus a ſedibus imis, Tãta erat in diſcipulis illis beatis tarditas: tã craſsa obliuio, cũ heſterna die vidiſsent
quinq; milia hoinum ex panibus. 5. abunde paſtos: haberent ꝙ apud ſe. 12. cophinos ex ſublatis reliquijs
Hoc certe lõge mirabilius erat, ſed obcęcatum erat cor eorũ adhuc, cum videtes, nõ viderent ideſt non
crederẽt talia ſigna vidẽtes. Hãc autẽ tarditatẽ dominus mẽtibus ſuorũ hęrere permiſit, vt & ipſi iuxta H
Roma. 15 quod Paulus dicit diſcerẽt ſuſtinere imbecillitatem infirmiorũ, ſic enim ad impletur lex chriſti immacula
Matth. 14 ta, Gal. 6. Qui autẽ in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum dicentes. Vere fi-
lius dei es, Et hoc magis arguit diſcipulorũ tarditatem: quando hoies illi, qui forte nihil magnũ au-
dierãt de chriſto: vel viderãt hoc, vno dempto, ex vngue cõiectantes leonis magnitudinem: vere inqui-
unt filius dei es, cui vẽti & mare obſequũtur. Sequitur. Voluerunt ergo accipere eum in nauim
Et ſtatim nauis fuit ad terram ad quam ibant. Itaq; pręſentia chriſti ſedatur mare, ſicut Ionas
nauis cõſcendẽs mare turbauerat, & ventis ſilẽtibus, ſine aliquo remige dicto citius pegerunt, nauigati
onẽ. Fuit autẽ & hoc ipm inditium potẽtię xp̃i vt ſubito nauis quę ante iactabatur, teneret, optatum po
rtum. Non enim volentis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei. Siquidẽ remigabãt & virtute reuerterẽ-
Roma. 9 tur ad aridam; ſed mare ibat & intumeſcebat, cum alias ſerenum eſſet. Vide long Cap. Primo.

Caput. iiij. De turba requirente dominus Ieſum quibus cum multa con- I
tulit de multitudine languidorũ quibus tangentibus fimbriã veſtimen
ti eius ſanabantur.

Marci. 6. ET cum trãſfretaſſent, venerũt in terram Geneſareth: & applicue
runt. Cumq; egreſsi eſſent de naui, cõtinuo cognouerunt eum vi-
Matt. 14 ri loci illius. Et percurrentes vniuerſam regionẽ illã, cęperunt
in grabatis eos qui male habebãt circũferre vbi audiebãt eũ eſſe
Et quocũq; introibat in vicos vel in villas aut ciuitates: implateis
ponebant infirmos: & deprecabantur eum: vt vel fimbriam pallij
eius tangerẽt. Et quot quot tangebant eum: ſalui fi-bant. Vt igitur
optato portu potiti ſunt videlicet Geneſareth vbi iam pridem Dñs ex editis ibi K
Pſalm. 44 mirabilibus cõſpicuus erat & admirabilis, vix terram attigit, cum iã aderant ex
incolis boni coryęi qui eum inquirerẽt. Obſeruabatur etiim a multis, quocũq; ſe cõferret, Eo igitur cõſ-
pecto, ſiquidẽ etiam de facie multis notus erat, ſpecioſus forma prę filijs hoinum, qui viderant & agno
uerãt, quaſi exploratores eſſent totius prouintię: cõtinuo, ꝑ ambulantes totã prouintiam, renuntiãt ad
eſſe verũ archiatrum, qui e cęlo demiſſus eſt. Accurrũt igitur hoies nõ cum muneribus ſed cum grabatis
& omni genere ęgrotãtium, quia gratis curabat & vnico verbo vel tactu manus aut indumẽti. Dona
Diogenes bat autẽ & qd poſtulabatur videlicet peccata lãguentibus. Diogenes rogatus, cur Athenis moraretur,
quoniã medico inquit bene valentibus opus nõ eſt. Perſę int cęte-
cũ lacedęmonios tãtopere laudaret, quoniã medico inquit bene valentibus opus nõ eſt. Perſę int cęte-
ras & hanc ſapiẽter cõdiderunt legẽ inquit Herodotus: languentes efferendi in forũ (neq; enim medicis
Herodot⁹ vtuntur) vt de illorum lãgore cõſulant qui eos adeunt: ſi quis & ipſi eundẽ paſsus eſt morbum: aut alium
vidit patientem, Nec fas eſt cuiq; lãguentes pręterire ſilentio: nec anteq; explorauerint quo nã lãgore ille
laboret.

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

laboret. Quod ergo Perſis nõ licuit, qui naturali rõne ducebãtur: quomõ putamus licuiſſe ei qui pctõres 1. Timo. 4
venerat ſaluos facere: q̃ vere dolores nr̃os portauit & langores? Quin & ſi liceret nõ tamen expediebat Eſai. 5.
clemẽtię ſuę nõ potentię. Quare enim abnegaret ſalutẽ creaturę ſuę: quã ſolo vel verbo vel nutu dona
bat, vel fimbrię ſuę attactu? Sed nec potẽtię expediebat, ſiquidem per eam innotuit nobis quis eſſet, &
quid poſſet: de quo dictum eſt Ioã. 5. Vnde illud ad Hebre. 4. Nõ enim habemus põtificem qui tãgi non Ioan. 10
poſſit effectibus nr̃is. Alias vnde vocat ſe paſtorẽ cum epithaſi; Itẽ gallinam, Matth. 23. Domitianus q̃ Domitia.
cõtemptius abuteretur paciẽtia hominũ, nũq̃ triſtiorem ſentẽtiam ſine pręfatione clemẽtię pronũtia-
uit, vt nõ aliud iam certius atrocis exitus ſignũ eſſet, q̃ principij lenitas. Sed hic nõ paſtor erat ſed bellua
vnde ſeptẽ vulneribus cõcidit, more ferę. Huius tã erat callida atq̃ inopinata ſęuitia, vt auctorẽ ſumma
rũm pridie q̃ crucifigeret, in cubiculũ vocaret, aſſidere in throno iuxta cogeret: ſecurum hilarẽ q̃ dimi-
A tteret, partibus etiam de cęna dignaretur: ſcilicet hę ſunt crocodilli deteſtabiles lachrymę, Animal hoc
cõpectu ꝓcul homine, lachrymatur: atq̃ eundẽ mox hominem vorat. Baſſianus impator lachrymabatũ
quoties aut mẽtio fieret, aut imagines videret Getę fratris quem ipſe occiderat. Hęc clemẽtia cyclopica, Prouerb. 1.
poſtremo mihi vorabitur vtis Quot quot adhũc cyclopẽ declinabãt: vorabãtur, quicũq̃ ad dominũ Ie-
ſum accedebãt, & tãgẽtes credebant, ſanabantur, quia ſicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea
dicit dominus. Chryſoſto. Hãc ſapiẽtiam docuit eos mulier ſanata a fluxu ſanguinis, videlicet q̃ tãgen- Chryſoſt.
do fimbriam veſtis: chriſti ſanarẽtur. Venerat enim ad nares multarũ adoleſcentularũ bonus odor Chriſti Matth. 14
(de quo dicitur: ego ſenſi exiſſe de me virtutẽ) & multã fidem dabat ex qua ſanabãtur Non enim vnus Luc. 8.
tãtum Paulus erat bonus odor fragrãtię chriſti, ſed quot quot ſanabãtur eãdem canebã ãtionem. Ope 2. Cor. 2
ri igitur manuum tuarum porrigens dexterã. Iob. Cap. 14. Altera die turba quę ſtabat trans ma- Hierem. 8.
re vidit q̃ nauicula alia nõ eſſet ibi niſi vna in qua ingreſſi fuerãt diſcipuli & q̃ non Ioan. 6.
introiſset cũ diſcipulis ſuis Ieſum in nauim, ſed ſoli diſcipuli ſui abijſſent. Alię vero
B ſuperuenerũt naues a Tiberiade iuxta locum vbi mãducauerant panẽ: gratias agẽ
tes deo. Cũ ergo vidiſſet turba q̃ Ieſus nõ eſſet ibi neq̃ diſcipuli ſui, aſcẽderunt in
nauiculas, & venerunt Capharnaũ: quęrentes Ieſum. Et cũ inueniſſent eũ trans ma-
re: dixerunt ei. Rabbi quomõ huc veniſti? Poſtridie igitur q̃ Ieſus & ſui aplicuerũt Geneſa-
reth, turba quę remãſerat eo loci quo apl̃i ſoluerãt (cuius iam ardor ille ſupioris diei refrixerat, quo cona
bantur illum vel inuitũ ad regnũ rapere) cũ vidiſſent q̃ ibidem nulla eſſet nauicula pręter eã qua vecti
ſunt apl̃i, quos cũ vidiſſent ſoluẽtes a littore, pſuaſum habebant cũ illis nõ fuiſſe Ieſum nauim ingreſſũ
ſed diſcipulos relicto magiſtro abijſſe: mirabãtur ac inter ſe requirebãt, quid nã factũ eſſet de illo, q̃ ne
mane quidẽ vſq̃ appareret: fatis ſuperq̃ deſideratus a populo quẽ pridie pauerat. Itaq̃ rati (neq̃ eos fe
fellit opinio) illum nõ diutius abfuturum a ſuis quos pręmiſerat: decreuerũt & ipſi dare vẽtis vela, pręte-
C rnauigare lacũ, ſi forte illũ offenderent in ripa vlteriori. Aderãt autẽ & naues aliquot quę venerant a
Tiberiade ciuitate littorali, quę nõ procul abeſt ab eo loco vbi dominus turbas pauit, aderãt aũt vt tur
bam mercede nautica trajcerẽt. Cum igitur dñs nuſq̃ cõpareret, turbę cõſcenſis nauigijs, Capharnaum
applicuerũt, quo ſciebãt diſcipulos dñi ſe cõtuliſse: vbi videlicet dñs habebat ſuum domiciliũ. Eũ igitur
inuẽtum rogãt dicẽtes. Rabbi ſi nulla erat nauis qua lacũ trajceres: preter eam in qua diſcipuli tui vecti
ſunt, quibus cum nõ veniſti, quãdo huc applicuiſti? Qua vectus cymba? Quibus remis aſſumptis pen
nis? Quibus ve rotis ſummas ꝑ la ſus es vndas? Quomõ lacum enauigaſti? Dñs autem nõ ad interroga-
ta reſpõdit, ex diſcipulis enim ſcire poterãt: quo nã modo lacũ pręterlegiſset, id ꝑ maiore cum fide: ſed co
arguit cor eorũ craſſum & animale, q̃ cũ multa eius opa vidiſſent: quę prędicabãt tacẽdo/quis eſſet &
quid noſset poſset ꝑ, nullũ eos cõmouit aut incitauit ad ſequẽdum eũ, niſi quãdo ſaturati ſunt, Vnde ſe
quitur. Reſpondit Ieſus & dixit eis. Amẽ amen dico vobis: quęritis me, non quia vi-
diſtis ſigna, ſed quia mãducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini nõ cibum
qui perit ſed qui permanet in vitã ęternã: quẽ filius hominis dabit vobis, hũc enim
D pater ſignauit deus. Requirebãt igitur iſti chriſtũ, & id laudabile eſt, imo id totum exercitiũ Mar-
thę eſt, Chriſtũ quęrere, Chriſto miniſtrare, vt aliquãdo liceat cũ Maria ad Chriſti pedes ſedere: cupitis Luce. 10.
Rachelis amplexibus perfrui, Gene. 29. Verũ q̃ chriſtum nõ propter chriſtum ſequebãtur, ſed propter vẽ-
trẽ, id peruerſum erat. Sed pimũ quęrite regnum dei (Ieſus chriſtus eſt regnum & merces noſtra) & hec
oia adijciẽtur vobis, ſine quibus nõ viuitur. Quid igitur faciẽdum cẽſes? Nõ reſpõdit ad quęſitum, quod
ſcire nil referebat, Operamini cibũ, ideſt opibus quęrite, operibus petite, opibus pulſate, & accipietis ci Luce. 11.
bum vitę ęternę: beati enim qui audiũt verbũ dei, & cuſtodiũt illud. Et rurſus Ambulauit in fortitudi 3. Reg. 19.
ne cibi illius. 40 diebus vſq̃ ad mõtem dei. Nã cibus hic corporeꝰ nobis cõmunis & multis iumẽtis, vix
ad horam extinguit appetitum: recurrẽte fame, ex concoctione ſtomachi, & ſanguiſugis illis ſepe ſępius
clamãtibus: affer cibũ: affer potum: affer ſomnũ, & rurſus poſt ſomnũ affer cibum & potũ. Qui eñ bi- Prouer. 30
berit ex hac aqua, ſiciet iterũ: qui vno nunq̃ nõ ſiciet (Ioã. 4) Interroga Tãtalũ & Epulonem. Edite igi- Luce 16.
E tur vt viuatis & regno dei inferatis vim. Multi ſiquidẽ ad hoc tãtum viuũt vt edant: ſicut Clodius ille Clodius
cuius patina celebrata eſt trito ſermone. Is hiſtrio erat. Cęnauit autẽ aliquãdo aues cẽtum vocales omes Orpheus.
quarũ quelibet cõſtitit ſeſtertijs ſex. Sexcẽta ſeſtertia. 1500. aurei ſunt. Forte iſte perſuaſus erat ab Orpheo Pſalm. 35
qui opinatus eſt, eos qui bene honeſteq̃ vixiſſent, apud inferos premium manere, crapulam ſempiternã
Eſto de honeſte viuẽtibus, iuxta illud, inebriabũtur ab vbertate domus tuę. Certe qui operabatur cibum
periturum, nõ crapula ſed ſiti perpetua torquetur. Luc. Cap. 16. Artaxerxes in fuga quadã cum ſua ipſius Artaxerxes.
impedimẽta fuiſſent directa, ſiccis q̃ ficibus & pane hordeaceo veſceretur, q̃lis inquit voluptatis (tãtus
Rex) in

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Rex)in exptus era. Paucis enim natura cõtenta eſt. Operamini igitur in vinea patris familias,& acci
2.Theſ.3 pietis laboris veſtri mercedẽ denarium de quo dicitur,oculus nõ vidit deus abſq; te, quę pręparaſti ex-
Matth.20. pectãtibus te Eſai.64. Quid eſt autẽ,hũc enim pater ſignauit deus?ſignaculorum natura ea eſt,vt om-
Hilarius nẽ impreſſę in ſe ſpeciei explicet formã:& nihil minus ex eo in ſe habeãt vnde ſignãtur,& dum totum
accipiũt quod imprimitur:totũ ex ſe pręſeferũt quicqd impreſſum eſt. Vnigenitus dei deus homovolẽs
ꝓprietatis nobis paternę in ſe ſignificare speciẽ,ſignatũ ſe a deo ait,& hoc ideo quia vitę ęternę eſcam F
filijs hominũ eſſet daturus,vt per hoc poteſtas in eo dãde ad ęternitatem eſcę intelligi poſsit,quia om-
nẽ in ſe paternę formę plenitudinẽ ſignãtis ſe dei cõtineret,vt quod ſignaſset deus,nõ aliud ex ſe q̃ for
Phil.2. mam dei ſignãtis efferret. Erat enim in forma dei ſine rapina,& character exprẽſſus paternę ſubſtãtię,
licet ad tps imminutus ſit Paulominus a deo. Verũ iuxta formam ſerui ſemp dominus Ieſus eſt patre,
Ioã.14. Hũc autem quẽ obſignauit pater quia iudęi nõ receperũt,vſq; hodie quoties Moſes legitur,ve
Apoca.5 lamẽ eſt ſuper cor eorũ,ſignatus eſt eis liber legis,nõ vno ſed ſigillis ſeptẽ. Poteſt hic intelligi, pr cõſig-
nauit filium:hoc eſt authoritatẽ illi cõciliauit,multis p eum editis ſignis,& ius illi tribuens dãdi cibum
vitę ęternę de quo dicitur,non in ſolo pane viuet homo,ſed in omni verbo dei.

## Caput.v. De differentia inter mãnatem & panem quẽ dominus Ieſus promiſit ſe daturum credentibus in eum quę late patent.

DIxerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei? Vere G
iuxta vetus verbũ dñs annos ſub freno currere docebat,hoc eſt docebat indociles
& videbatur ludere opam & impẽſas. Rudis enim turba tota vẽtri intẽta:cũ ni-
hil ſuſpicaretur nihil vel ſomniaret de cibo ſpirituali,quo mẽs reficitur & nutri-
tur ad vitã ęternã,reſpõdit ad hũc modum. Quoniã ſuades nobis vt opemur ci-
bum quẽdam qui maneat in nobis,afferens vitã ęternam,ſit cibus ille quicũq; ſit,
quid faciemus:vt operemur ea quę digna ſunt deo:& vitã promereamur ęternã?
quorũ te gratia veniſſe dicis in mundũ?Nẽpe vt quęratis deum propter deũ: hoc
eſt amore caſto,nõ mercenario,niſi q interdũ hõ tẽporalibus beneficijs ad ęterna
Pſal.104 cõcupiſcẽda allicitur,ſicut ſcriptũ eſt,dimiſit illis hęreditatẽ gẽtium & labores populorũ poſſederũt,vt
3.Reg.1. cuſtodiãt iuſtificationes eius,Vnde Abrahã quãdo dixit,dñe quid dabis mihi?Ecce enim ego ingredior H
viã vniuerſę carnis,& filiũ mihi nõ didiſti(Geneſ,15.)quia nõ omnino dominũ propter dñm quęrere vi
debatur,audiuit. Quid orbitatem deprecaris modice fidei?Nũquid nõ ego melior tibi ſum q̃ cẽtum filij?
6.Reg.1. Ego merces tua magna nimis;de filijs autẽ pone curas:numera ſtellas,ſic enim erit ſemẽ tuum. Cũ igi-
tur rogatis,quid faciemus,vt opemur opera dei:hoc eſt opus dei,vt credatis in eum quẽ mi-
ſit ille, Ecce excluditur opa legis. Credere quidẽ opus noſtrũ eſt:ſed nemo credit: niſi tractus a patre,
Sine fide autẽ mediatoris dei & hominũ qui eſt chriſtus Ieſus,impoſsibile eſt placere deo,impoſsibile eſt
participes fieri mẽſę cœleſtis. Obſerua autẽ quomõ di. ẽs,vt credatis,legẽ penitus ab rogat,ſacrificia pro
peccata:holocauſta & id genus multa quę per corpus gerũtur:dicẽte Dauid,ſi voluiſſes ſacrificiũ, de-
diſſem vtiq;,verum holocauſtis nõ delectaris. Sacrificiũ autẽ cordis cõtriti & ſpũs cõtribulati:deus non
deſpicies: Cęterũ eccleſia vtriq; obſequitur domino:videlicet fide & operibus:mẽte & corpore,ieiunijs
Pſalm,50. cilicio cinere:diſciplinis,& ſpũ cõtribulato. Nam obſequia corporalia:ſi deſit rationalis cultus (de quo
Paulus ad Rom.Cap.12)quãti faciat deus,qui velit noſſe:legat Eſaię caput primũ. Ad hec igitur turba I
quę ſibi ex obſeruãtia litterę interfectricis(iugum intolerabile Actu.15)ſanctitatẽ arrogabat nõ vulgarẽ
vt pote cui Moſes dixerat:quę eſt enim alia gens ſic inclyta,vt habeat ceremonias iuſtaq; iuditia vni-
Deut.4 uerſam legẽ quam ego hodie proponã ante oculos veſtros?Reſpõdit. Quod ſignũ tu facis, vt vi-
deamus/& deſerto Moſe(infandũ)qui tot pręcedẽtibus ſignis,legẽ accepit quã ad nos attulit ſcriptã
digito dei viui:Credamus tibi:Quid operaris?Eſto turbã paucis panibus quinq; id ſemel feciſti
Exo.32. & panis hordeaceus erat,& turba nõ admodũ maxima, At patres noſtri mãducauerũt mãna
Pſalm.77. in deſerto,ſicut ſcriptum eſt·panẽ de cœlo dedit eis mãducare. Patres nři numero ſexcen-
ta milia & multo plures,& annis q̃draginta & pane cœleſti cotidie paſti ſunt,fac & tu ſimilia,vel ma
iora,& forſan credemus tibi,ſicut huc vſq; paruimus Moſi. Et hec dicebãt,quaſi nullũ adhuc ſignũ ab
eo fieri vidiſſent. Et iſti ſunt qui nudius tertius dñm Ieſum Regem cõſtituere vel nollẽtẽ decreuerãt: ſed
Chriſoſto irrepſit obliuio,abeunte ſaturitatẽ. Chryſoſt. Iudęos adamãtini cordis nec mare diuiſum, ægyptijs ſunt K
Exo.14 merſis,nec mãna cœlitus datũ annis q̃draginta/nec veſtes cõſeruatę, Deut.8. Nec colũna nubis & ignis
lizati ſunt & abierũt retro & dixit dñs ad. 12. Nũquid & vos vultis abi
re: Sequitur Chriſtus dñs duodeci elegit & vnus ex illis diabolus erat

HEc dixit Ieſus in ſynagoga, docẽs in Capharnaũ, Multi ergo au- I
dientes ex diſcipulis ſuis. Dixerũt. Durus eſt hic ſermo & quis po
teſt eũ audire? Et hoc loco repetenda nobis eſt ſentencia Pauli, alijs ſum? odor
2. Cor. 2. vitę ad vitam: alijs autem odor mortis ad mortem. Iſti dicunt, durus eſt hic ſermo
Petrus dicit: verba habes vitę ęternę: de quo infra. Iſtius modi ergo ſermonibus
erudiebat bonus ac moralis magiſter plebem illam aſinis & bobus craſsiorem he
betiorem q̃ iuxta Eſaiam ab amore rerum viſibilium & corporalium ſuuehere/
cupiens & transferre ad cœleſtium ſtudium. Verum tantum abſuit vt populus ru-
dis caperet verba Chriſti, vt diſcipuli quoq; eius non omnes ſed multi, offenſi ver
borum eius obſcuritatem: dicerent ad inuicem, durus eſt hic ſermo de comedenda carne & Sanguine bi-
Auguſtin bendo viri hominis. Cuius enim aures ferant tam feralia pręcepta? Ad hec Auguſtinus Super Pſal. 54. K
Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum. Quędam in ſcripturis dura videbantur, cum obſcura eſſent, ex
poſita, mollita ſunt. Nam & prima hęreſis in diſcipulis Chriſti velut ad duritiam ſermonum eius facta
eſt. Cum enim diceret, niſi manducaueritis carnem & Cętera: non intelligentes, dixerunt, ſermonem iſ-
tum quis ferat? Et ſeparauerunt ſe ab illo, & remanſit cum alijs duodecim. Ad quos & dixit. Nunquid
& vos vultis abire? Et Petrus. Ad quem, te relicto? Qui habes verba vitæ. Intendite obſecramus vos,
& paruuli diſcite pietatem. Nunquid iam Petrus intelligebat ſecretum illius ſermonis Domini? Non
dum intelligebat, ſed bona eſſe verba quę non intelligebat pie credebat. Durum ergo viſum eſt illis
ſeptuaginta, quod dictum eſt: niſi manducaueritis carnem & Cętera, acceperunt illud ſtulte, carnaliter
illud cogitauerunt, & putauerunt q̃ pręciſurus eſſet dominus noſter Ieſus Chriſtus particulas quaſdam
de corpore ſuo, & daturus illis, vnde dicunt, durus eſt hic ſermo. Ipſi duri erant, non ſermo. Nam
niſi duri non eſſent: dicerent ſibi, non ſine cauſa dicit hoc: niſi quia eſt ibi aliquid ſacramentum/
latens. Ma-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

laten. Manerent cum illo leues non duri: & diſcerent, ab illo quod illis deſcedentibus qui remãſerunt
didicerunt. Quod ſi Diſcipuli Chriſti ſcandalizati ſunt quid inimici Chriſti? Reuerſi ſunt ergo canes
ad vomitũ ſuum, ad cepe & allia bellaria legis Moſaicę, ad lẽtes coctionem rufam, ad mãna, lac & mel Prouerbiũ
deſerto pane vitę ęternę. Sciens aũt Ieſus apud ſemetipſum ꝙ murmurarẽt de hoc diſci-
pulis ſui: dixit eis, Hoc vos ſcandalizat? Si etiã videritis filium hominis aſcendentem
vbi erat prius? Hoc vos ſcandalizat. Duo dixerat Chriſtus, quę dura viſa ſunt iudęis. Primum ꝙ deſ-
cenderit de cœlo, vnde illi: Nõne hic eſt filius fabri. Secundum, niſi manducaueritis carnem, ad quod illi,
quomõ poteſt hic &c. Contra vtrunq; ergo Chriſtus ſedat ſcãdalũ. De primo dicit, ſi ergo videritis &c.
& ſuplendum eſt videbitis me vera dixiſſe, quãdo dixi, de cœlo deſcẽdi. De ſecundo dicit infra: ſpiritꝰ eſt
qui viuificat. Eſt ergo oratio in abſoluta: & aliquid ſub audiendũ eſt: illud videlicet, credetis ne tũc ver- Pſalm.23
bis meis? Vt oratio fiat abſoluta. Quid igitur ſi videritis? Significãs id futurum, quod admirabilius ſit, nẽ Hierony.
A pe vt redeat in cœlum vnde venerat. Vnde illud: eleuamini portę ęternales, & introibit rex gloriæ. Si ꝗ
dem iuxta diſpenſationẽ carnis: myſterium & victoriam crucis maior regreſſus eſt ad cœlos (ſi tamẽ in-
finito addi poteſt aliquid) ꝗ̃ ad terras venerat, coronatus enim aſcendit tanꝗ̃ victor (comitatus duplici Canti.3
turma. Geneſ.32.) Sicut ſcriſptum eſt, egredimini & videte regem Salomonem in diademate quo coro- Luce 23.
nauit eũ mater ſua. Cum ergo inquit videritis me ſuper aſtra ferri, & collocare ſolium meũ in mõte teſ- Eſai.14
tamẽti, num creditis facilius eſſe cœlum & terram trãſire, ꝗ̃ vnũ iota ex verbis meis? Nõ enim eo modo Matthęi.5
quo putatis erogo corpus meum, gratia enim hec morſibus nõ conſumitur: nõ magis ꝗ̃ gratia Moſi, ꝗ̃n
do abſtulit ab eo deus vt daret ſeptuaginta viris. Nũ.11, Sed ſpirituali mõ me vobis cõicando, vos in cor Exo.12.
pus meum cõuerto. Vnde dicit, in cœlum me videbitis ferri integrum atq; perfectum, vt ne capillus qui
dem mihi defuturus ſit. Scriptum quippe eſt, os nõ cõminuetis ex eo, caput cum pedibus & inteſtinis vo
B rabitis nec comedetis ex eo crudũ quid. Nec enim per partes mãducatur chriſtus, ſed diuiſo ſacramento,
ſemp integer perſeuerat: de quo alias. Vnũ igitur vos rogo qui adeſtis, quiq; iuxta tẽpus quo mecum ỹ- Hebre.5
ſamini, debueratis eſſe ceterorũ magiſtri? & vltra vulgus indoctum aliquid plus ſapere, vtrum eſt diffi-
cilius (vt humano more loquar) deſcendiſſe de cęlo: an aſcendere in cœlum? Certe hoc ſecundũ difficilius
videtur. Si igitur videritis me aſcendentem, credetis ꝙ ſim panis vinus qui deſcendit de cœlo? Spiritus
eſt qui viuificat: caro nõ prodeſt quicꝗ̃. Verba quę ego loquutus ſum vobis, ſpiri-
tus & vita ſunt: ſed ſunt quidam ex vobis qui nõ credunt. Iuxta Chryſoſto. Dicendo ca-
ro nõ prodeſt quicꝗ̃, dominus nõ de ſua carne intellexit, ſed de eius carne qui carnaliter accipiebat verba Chryſoſt.
Chriſti. Nos tamẽ caute loquamur, quando ex verbis domini multi ſcandalum paſſi ſunt. Eſt autem ſen
ſus hic huius textus. Sicut caro abſente anima nihil aliud eſt ꝗ̃ terrę onꝰ, ſed ſpiritus infuſus corpore, pſ-
C tat ei vitam & ſenſum, ita verba mea iuxta carnem intellecta: non conferunt vitam, imo mortem infe-
runt carnaliter intelligentibus: ſicut dicit apoſtolus de lege Moſaica, littera quidem occidit, ſpiritus au-
tem viuificat: ita dicit Origenes. Eſt littera in euangelio quę occidat eum qui carnaliter tantum eam in- 2.Cor.3
tellexerit: ſicut illud de oculo eruendo: de manu precidẽda, de anima odienda, de odio vxoris & paren- Origenes.
tum. Nam & carnem Chriſti quicunq; dentibus atterit, ſi non adſit ſpiritus charitatis, non vitam ſed iu Matth.18.
dicium ęternę damnationis adminiſtrat iuxta apoſtolum. Vnde illud Hieremi. Capite.11. Nunquid car- Luce.14
nes ſanctę auferent a te malicias tuas: in quibus gloriata es? Carnes ſanctas vocat propheta ſacrificia le- 1.Cor.11
gis: holocauſta & pro peccata. Sed ſi caro Chriſti carnaliter tantum ſumpta nihil prodeſt ſumenti (imo
multum obeſt: dicente Paulo, ideo multi inter vos egrotant & multi diem obierunt) quando profutura 1.Cor.11.
erant iudęis ſacrificia oblata ex capris & arietibus? Impoſsibile eſt inquit apoſtolus pecudum ſanguine
auferri peccata. Hebre. Capite.10. Verba igitur quę loquutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt: ſenſum cõ-
D tinent myſticum. Verba ideſt res ipſę ſignificatę per verba: de carne videlicet mea manducanda. Intelli-
go enim per carnem & ſanguinem verba mea, de quibus Petrus, verba habes vitę ęternæ. Hanc igitur
ſpiritualem doctrinam, ſi cum Maria conferatis in cordibus, & moribus prę vobis feratis, in vitam vos Luce.2.
perducet ęternam, ſicut Heliam panis ille ſubcineritius & myſticus & aqua hauſta deduxit in mõtem 3.Reg.19
dei Oreb. Huius autem doctrine meę & internę vnita[illegible] myſticum Symbolum vobis relinquam carnẽ
meam & ſanguinem. Quę tamen ſine ſpiritu ſumpta, nõ plus proderit ꝗ̃ Iudę. Quod ſi ſunt multi qui
non credunt, niſi fide Gręca, ſuo ipſorum malo nõ credunt. Per quod oſtẽdit quod ſcãdalũ illorũ nõ ꝓ-
cedebat ex duritia verborum Chriſti, ſed quia ipſi increduli erant. Credat qui velit: neminem enim co- Luce.14
go, dicam licet alias: compelle eos intrare: nam reuera fides offerri poteſt: imperari non poteſt, perſua- 1.Regũ.10
deri poteſt, quia omnium tangit deus corda, ſed non omnes aperiunt pulſanti. Hec autem dixit Domi-
nus propter id quod ſequitur. Sciebat eñ ab initio Ieſus qui eſſent credẽtes: & quis eſſet
traditurus eum, & dicebat. Propterea dixi vobis: ꝙ nemo poteſt venire ad me: niſi
E fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum ſuorum abierunt retro, &
iam non cum illo ambulabant. Ex hoc ideſt ex eo tempore. Dicit autem Ambroſiꝰ ſuper ad Ro. Ambroſi.
Capite.8.q.72. Diſcipuli erãt ſcripti in libro vitę ſcd'm pſentẽ iuſticiã & reprobi ſecundum prę ſcientiã. Apoca.3
Idẽ dicit Auguſtinꝰ: idẽ Abulẽſis: licet obſtet Nicolaus lira. Idẽ põt dici de Iuda, de Saul deq; multis ꝗ
nomẽ habẽt viuẽtium, & tamen mortui ſunt. De his Eccẽ. Capĩ.8. Vidi impios ſepultos, qui etiam cum
adhuc viuerẽt, in loco ſancto erant, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorũ operum, & tam ardẽt apud
inferos. Luce.16. Sciebat ergo dominus qui eſſent credentes ad tempus, qui palę eſſent: & qui grana.
miſſa manu ad aratrum (Luce.9.) retro erant aſpecturi cũ vxore Loth, quibus melius fuerat natos non Geneſ.19
non fuiſſe, Matthęi.26. Viam veritatis non agnouiſſe. 2. Petri.2. Ne duplo fierent filij gehennę. Matth.23.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Dixit ergo Ieſus ad duodecim. Nunquid & vos vultis abire? Reſpondit ergo ei Si-
mon Petrus, Domine ad quē ibimus? Verba vitę ęternę habes: & nos credimus, &
cognouimus, ꝙ tu es chriſtus filius dei. De pęni. Diſtin. 4. ſi ex bono, Iten de cōſe. Diſtin. 2. c.
Forte. Hucuſqȝ inquit triūphare videbamini de rectoribus tenebrarū, auctorem vitę ſequētes vultis igi
tur de cętero cēſeri in numero deſertorū ſtigmatibus impreſſis? Vultis repetere viā lactiſſimam, quę ab-
Matth. 7. ducit in flumē lęthæum? Cū autem dicit per interrogationem, vultis exauctorari, oſtendit liberū ſibi eſſe
abuti libertate ſua, quia iuxta Hiere. Cap. 2. Malum & amarū eſt, reliquiſſe nos dominū deum noſtrū,
fōtem aquæ viuentis: & diuertiſſe ad ciſternas neſcio quas, quæ ſatiare nō poſſum apetitū noſtrum. Ad
Auguſti. hec Augnſtinus. Repellis nos a te, da nobis alterum ad quem nos cōferamus, te relicto. Chryſoſ. O quā
Chriſoſt. ti amoris verbū, quo & parentibus & oībus rebus Chriſtus precioſior oſtenditur, ꝙ ꝗ qui ab eo diſce- F
Geneſ. 5 dūt, nō habent amplius quo fugiāt, niſi forte ad vmbrā cum Adam. Incipient enim euagari poſt greges
Canti. 1 hæreticorum, cū verus & bonus paſtor nō in penetralibus ſed in meridiana luce cubet. Et nos inquit cre
dimus & cognouimus ꝙ tu es Chriſtus filius dei. Quocūqȝ ergo ꝑgamus, malū pergemus. Iudęi autem
Pſalm. 7. nos cognouimus (reuelāte nobis id carne & ſanguine) ꝙ ſis filius Ioſeph fabri. Et Petrus quidem qui ni
hil ſiniſtrū de coapoſtolis cogitabat: pro ſe & pro cęteris reſpōdiſſe videtur, dicens, & nos cognouimus
tamen ſcrutās corda & renes deus verba Petri corrigit dicens. Nōne ego vos duodeci elegi, &
ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem de Iuda ſimonis Iſcariota, hic enim erat
traditurus eum, cū eſſet vnus ex duodecim. 1. q. 1. cap̄. Chriſtus. 7. q. 1. Aduerſitas. Iudas voca
tur diabolus. Detulit dominū chriſtū apud iudęos, ꝙ permiſerit inungi ab vna femnia forma decora &
effundi ſuper verticem ſuum vnguētum magni pretij. Imo Diabolus erat quādo dixit, quid vultis mihi G
Matth. 20 dare. &c̄? Quid inquit miramini multos a me diſcipulorū abijſſe: multi ſunt vocati, pauci electi. Quid
Hierem. 18 dicimus, pauci electi? Nōne ego vos ex omni natione & gente iudęorū duodecim eximios elegi, & ta-
men & tā paucis & ſingulariter electis: vnus diabolus eſt? vitio non natura, ſicut Paulus qui & Saulus
gratia dei fuit ex vaſe cōtumelię manu figuli trāſformatus in vas electionis: opus excelſi. Vos igitur niſi
intelligitis vr̄a referre vt ꝑmaneatis, abite cū multis, vel ꝑmanete vt ſitis ex paucis electis. Dicendo au
tem chriſtus: nōne ego duodecim elegi & vnus ex vobis/&c̄. Oſtendit/ꝙ nō eſt ignorātia dixerat: Nū-
Quęſtio quid & vos vultis abire/ſed ex iniquitate vnius eorū; qui ſua prauitate factus eſt diabolus. Sed ſi Iudas
diabolus eſt, ad quid electus eſt a domino? Quęſtio hec ꝑ illud ſoluitur. 1. Reg. Ca. 9. Erat Cis filio Abiel
filius nomine Saul electus & bonus, & nō erat vir de filijs iſrael melior illo. Ergo quādo in regem elect?
eſt a domino, electus erat & bonus, & a deo bonus, vt ad munus regiū exequendū, nullus eſſet ęque bo
Prouerbiū nus. Quod ſi adepto principatu (magiſtratus enim oſtēdit virū) factus eſt durus rigidus & malicioſus, H
id nō præiudicat electioni. Electus eſt enim quādo dignus erat qui pręficeretur populo, ita enim dicit ſpi
ritus ſanctus/electus erat & bonus. Fortaſsis aūt dicēdum eodem modo de Iuda quādo in apoſtolū ele
ctus eſt. Poſſumus autē dicere ꝙ quādo Saulus electus eſt in apoſtolū, nullus illo deterior erat in popu-
Actu. 9. lo iudęorū, vt pote quem Lucas in actis mōti æthnę adſimilem facit, ſpirabat enim & vomebat ignes
& flammas & cędes, & quantum in ſe erat nō impugnabat ſed expugnabat eccleſiā dei, & extirpare ni
tebatur, & tamē in dei prędeſtinatione vas erat electiſſimū, tuba euāgelij, rugitus Leonis de tribu Iuda
tonitru gentiū: flumē eloquentię chriſtianę: qui myſteria de vocatione gentiū retro ſęculis ignorata ma
Roma. 11 gis miratur ꝗ loquitur. Talis erat Saulus quādo electus eſt, talis Saul, talis & Iudas, duo boni, ille neqȝ
& peſſimus, & tamē Saulus factus eſt de numero duodecim, Iudas autē ꝓuaricatus: ſuſpēſus crepuit, &
Theoph abijt in locū ſuum: occupauerat enim locū alienū Matthię videlicet. Theophi. Ex hoc loco illud diſcim?
ꝙ nō coactione & vi quadā meliores facere cōſueuerit deus: neqȝ eius electio cogat volūtatem noſtram I
cum ſit mala/vt fiat bona. Admirare aūt ꝙ dęmō in tātum infenſus eſt, vt potuerit etiā vnum ex duod̄
cim abripere, qui excitabāt mortuos, & faciebant miracula, & fruebātur ſpirituali & viuifica doctrina
dn̄i. Et vbi poſt hac ſalutis ſpes nobis, qui ſpōte a iuuentute nos ipſos malicię mācipamus? Ideo Ioānes
quaſi admirās dixit, vnus ex duodecim: legatis videlicet a latere Chriſti. Subijciamus illud. Nō ideo Iu-
das dn̄m erat traditurus, quia id ipſum pręſciebat dn̄s. Pręſciencia enim nō imponit neceſſitatem rebus
nec pręſciencia dei eſt quaſi futurorū, aut trāſijt in pręteritū, ſed omnia ſunt ei pręſentia, ſiue pręterita, ſi
Gregori?. ue futura. Audi Gregoriū libro Moral. 20. Cap̄. 25. Pene omne quod de deo dicitur: eo ipſo iā indignum
eſt ꝙ dici potuit. Nā cuius laudi nō ſufficit obſtupeſcens cōſciencia, quādo ſufficiet loquens lingua? Sā
ctus autem ſpiritus hoc ipſum hominibus intelligentibus inſinuās ꝗ ſint ineffabilia ſumma & Diuina
his etiā verbis nō nunqȝ de deo loquens vtitur, quę apud homines habentur in vicio, vt ex ijſq̄ indigna
videntur hoibus, & tamen dicūtur de deo, admoneātur ꝙ nec iā illa deo digna ſunt, quę dum digna ha- K
bentur apud homines, digna putātur deo. Dicitur deus zelās, Exo. 20. Iratus: Gene. 6. Pęnitens: ibidem.
Miſericors: Exo. 34. Et preſcius ſicut hoc loco. Ioan. 6. Cū nec zelus, nec ira, nec pęnitētia, nec ꝓprie miſe
ricordia nec pręſciētia eſſe poſſit in deo. Hęc nanqȝ omnia ab humanis in illū qualitatibus tracta ſunt
dum ad noſtræ infirmitatis verba deſcenditur, vt quaſi quibuſdam nobis gradibus factis & iuxta nos po
ſitis, per ea quę nobis vicina cōſpicimus, ad ſumma eius quādoqȝ aſcendere valeamus. Et tamē pręſcius
dominus futurorum Iudā elegit. Ergo & diabolus electus eſt (ſonat aūt delatorem & calūniatorem) in-
Auguſtin quit Auguſtinus ſup Pſalm. 55. Aut ſi electus nō eſt quomō duodecim elegit & nō potius vndecim? Ele
ctus & ille eſt, ſed ad aliud. Electi vndecim ad opus probationis: electus Iudas ad opus tētationis. Vn-
de poſſet tibi dare naſcituro exemplū: quos videlicet deuites malos, quos caueas falſos & fictos fratres,
Geneſ. 3 qui calcaneum tuū obſeruāt, niſi vt dicat tibi ecce ego mecū habui vnū ipſorū. Videtur autē Auguſtin?
his verbis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

his verbis aſtruere ꝙ Iudas quādo electus eſt a domino: iam erat diabolus: cuius oppoſitum diximus de
mēte Chryſoſtomi & Theophilati. Et Origines aſtipulatur Chryſoſtomo ſup Matth. Cap̄. 2. Quomō
cūq; ſit, qui ſe putat ſtare, videat ne cadat: & ex aplo fiat proditor, ſi dederit locū auaricię: quę eſt idola 1. Cor. 10
tria, Gal. 5. Et oium malorum ſeminariū. Quemadmodū aūt ſimonides dicebat ludēs: argenti ſe arcam
ſemp inuenire plenā, gratiarū vero vacuam: ita improbi ſi recte ſuā perpenderint vitā, ſpe omni deſtitu Simōides.
tā inueniūt, timore vero triſticia ac perfidia ſemper cumulatam inueniūt. Habent enim habitatores nō
vnum aut ſeptem: ſed integram dęmonum legionem, niſi forſan ipſi diaboli ſunt ſicut Iudas. Pro indeſſi
dicere fas eſt ego perditos ac facinoroſos homines neq; aliquo ſiue deorum ſeu hominum indigere vlto-
re arbitror, ſatis ſupq; ſuam ipſorum cauterizatam conſcienciam ad ſe ipſam plectendam ac torquendā
ſufficere. Hec ille. Vnde illud. Omnis qui me inuenerit occiſurus eſt. Geneſ. 4.

A

Caput. viij. De ſignātur. 72. Diſcipuli qui obeant officiū predicādi. Iu-
bētur ne ferāt ſacculos neq; calciamēta. &c̄. Qui alias iuſſa ſunt apoſ-
lis cōuenit & tā cōferta turba ad dn̄m vt ſpaciū nō eſſet apoſtolis mā-
ducandi. Dominus noſter tanto ſpiritus feruore predicauit vt dicere-
tur a ſuis in furorem verſum eſſe.

POſt hec autem deſignauit dominus & alios. 72. & miſit illos binos
ante faciem ſuam in omnē ciuitatem & locum: quo erat ipſe ventu-
rus, & dicebat illis. Meſſis quidē multa: operarij autē pauci. Roga
te ergo dn̄m meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam. Si iuxta ſen
B tentiā Ambroſij, Auguſtini & Theophilacti ſeptuaginta diſcipuli abieruntretro,
a cōſuetudine & cōuictu domini ſeipſos ſubducētes: ipſo facto veluti dānantes do
ctrinam eius: quomō nūc referūtur miſſi ante faciem Chriſti in omnē ciuitatē & lo
cum quo erat ipſe venturus? Poſsimus dicere: ꝙ cū dicit Lucas, deſignauit dominus
alios ſeptuaginta duos/iſti duo & ſeptuaginta ſubrogati ſunt in locum eorum qui
abierunt retro, ſicut Matthias in locū Iudę. Quod ſi dicas, dato ꝙ poſitio Ambroſij Auguſtini & Theo
phylacti ſit vera, tamē quādo ſeptuaginta duo abierūt retro, iam regreſſi fuerāt a prędicatione, tūc tex
tus iſte, poſt hec aūt deſignauit dn̄s: alio loco inſerendus eſt, videlicet libro. 4. Ca. 9. in fine, vbi poſt ver
ba iſta, poſt hęc aūt, ponūtur ea quę hic ſequuntur, videlicet & dicebat illis. Meſſis quidem multa. &c̄.
Sed ad rem. Inſtituerat primum dominus duodecim apoſtolos tanq̄ exploratores duodecim terræ fluen- Num. 13.
tis lacte & melle, qui in principio naſcentis Eccl'ię ſufficere videbantur ſem inando euangelio. Sed poſt Matt. 13
C q̄ granum ſinapis cępit explicare vim ſuam, & verus ſalomō vincere cępit famā ſuam virtutibus ſuis.
(3. Reg. 10) nō ſolum regina Saba ſed & adoleſcētulę ſine numero currere cęperūt in odorem vnguento-
rū Chriſti, ab oriēte & occidente: vt recumberent cū Abraham Iſaac & Iacob. Sic ergo in dies ex creſcē- Canti. 1
te meſſę: de qua dictū eſt, Ioan. 4. Neceſſariū fuit augeri numerū piſcatorum, meſſorum, operariorū qui Marci. 8.
meſſem includāt in horrea dei, de quibus horreis habes Matth. 13. Ioan. Cap̄. 14. Deſignauit igitur domi
nus duos & ſeptuaginta & miſſit vel primiſit illos binos ſicut prǫmiſerat duodecim apoſtolos vt para-
rent domino plebē perfectā. De quo dictum eſt Matth. 10. Et dicebat eis. Meſſis quidem multa &c̄. Hoc Gregorij.
inquit Gregorius ſine magno mǫrore dicere nō poſſumus. Paruuli panē petunt, nec eſt qui impartiatur,
quia ſi ſunt qui bona audiant, ( q̄ ſpecioſi pedes euāgelizātium bona) tamē deſunt qui dicāt. Et quomō
inquis deſunt? Cum ſacerdotibus (mercenarijs potius) plenus ſit mūdus. At in meſſe dei rarus inuenitur
operarius. Omnes quę ſua ſunt quęrūt: nō quę ouiū ieſu Chriſti. Cōſiderate quid de ouibus agatur, quā
do paſtores lupi fiūt, ſicut videre eſt in Roboā. 2. Reg. 12. Impletum eſt illud, erit ſicut populus: ſic & ſa- Phili. 3.
D cerdos. Nullū puto fratres ab alijs maius prę iudiciū q̄ a ſacerdotib⁹ tolerat deus: quādo eos qui ad alio Eſai. 24
rūm correctionē poſuit deus, dare de ſe exēpla prauitatis cernit. Si igit̄ ſunt lux mūdi, ſal terrę (Matt. 5.)
Ciuitates refugij, ſi dei coopatores iuxta apoſtolū. 1. Cor. 3. Oſtēdant nobis manipulos quos cū exulta-
tione portāt ad aream dei: quādo ſeminauerūt flentes & gaudentes de ruina vel cōuerſione populi. Oſtē Num. 35.
dāt vnum quē ſalierint verbo, quem eruerint de ore Leonis vel vrſi. 1. Reg. 17. Omnes volūt cum Helia Gregorij.
paſci de farina viduę. 3. Reg. 17. Veniēt paſtores illi Petrus cum Roma: Andreas cū Achaia, Thomas cū Pſam. 125
india: Mattheus cū æthiopia, Marcus cum Alexādria: Paulus cū multarum gentiū populis: & iſti mer- Geneſ. 41.
cenarij ſubdoli oſtēdent ſeptem ſpicas corroſas vredine. Da vnū qui pollicē ſibi pręcidat cum Marco, q̄ Hebre. 5.
vocetur a deo tanq̄ Aarō: qui noctu laboret manibus vt vaccet interdiu verbo dei. 2. Theſ. 3. Audi Ma- Marcus.
lachiā cap. 1. Quis eſt ex vobis qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuito? Horū & ſimiliū ma
gna copia eſt, qui fucorū more depaſcūt ſudores alienos. Sed quoniā meſſis Chriſti in dies magis ac ma-
E gis ſuppullulat, & pauci ſunt oparij qui iuxta apoſtolū laborēt verbo & doctrina (1. Tim. 5) Hoc eſt iux
ta vetus verbum/plures ſunt qui ſtimulo agant boues, pauci aūt qui iugū ſubeant, multi qui imponāt Proberur.
onera importabilia (ſicut Roboā. 3. Reg. 12) Pauci qui vel minimo digito velint ea attingere: Rogate do Matth. 23.
minū meſſis (villici ergo eſtis nō domini, Luc. 16. 1. Cor. 4) vt emittat quot quot ſunt neceſſarij. Legi-
mus autē ſupra Luce. Cap̄. 5. ꝙ cum Petrus in verbi Chriſti laxaſſet rete, vſq; a deo repletū eſt piſcibus,
vt ſolus eum ad terram pertrahere nō poſſet. Petrus igitur & Andreas annuerunt ſocijs. Hoc eſt apl'os/
duodecim acceperūt coadiutores duos & ſeptuaginta, Cur inquit Moſes ad dn̄m impoſuiſti pōdus vni
uerſi populi ſuper me? Nūquid ego cōcepi hanc multitudinē vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in Num. 11
ſinu tuo



Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſinu tuo,ſicut portare ſolet nutrix infantulũ? At hodie multi pomiliones qui eſſe ſubſentibus ꝓ delitijs
Iob.30. ducũt,quaſi athlãtes ſint humeros his oneribus deuotiſsime ſubijciũt vt qui iuuenes vitulũ ſuſtulerũt.
Matth.23. Nõ enim opus quęrũt cum apoſtolo,ſed honorẽ & delitias:& vocari ab hoibus Rabbi. Et dñs. Cõgre
ga mihi.70.viros de ſenioribus iſrael,quos tu noſti, ꝙ ſenes populi ſint ac magiſtri(nota verba dei)q̃s
noſti ſenes eſſe moribus,ac magiſtros hoc eſt oparios in cõfuſibiles iuxta apl̃m.2.Tim,2.qui doceãt &
faciant.Quos noſti inquit. Nemini inquit apoſtolus,Cito manus imponat epiſcopus:ne cõicet pecca-
1.Timo.5. tis alienis.Et quare nõ illos dominus elegit,qui melius nouerat qui eſſent idonęi?Sed ad ſuſtinẽda one-
ra carnalis populi ſuffecit electio tanti viri videlicet Moſi:in quo reuera erat ſpiritus dei, iuxta quod ſe-
quitur.Facies ſtare hos.70.ante oſtiũ tabernaculi,& ego deſcẽdam & loquar tibi,& auferam de ſpiri-
tu tuo:tradã q; eis vt ſuſtẽtent tecum onus populi,& nõ tu ſolus graueris.Qui ergo ſuſtinere debet par- F
tem oneris populi iudaici:a Moſe eligitur, deq; ſpiritu Moſi repletur.Qui autẽ cooperatores ſunt Dñi
Ieſu:de ſpiritu eius replẽtur,& ab eodẽ eligũtur, & mittuntur, quia meſſis multa, operarij autẽ pauci/
qualis Paulus:Barnabas,Moſes Ioſue &c̃.Photiõ aliquando cõtra Macedones educẽs copias, ipſiſq;
celerrime occurſurus,caſtris intra cõpectum hoſtium poſitis,cũ pleriq; ex ſuis aliunde alius ad eum cõ-
currerent,atq; officio velut imperatorio fungentes:diceret,hic quidẽ,proximũ eſſe tumulũ pedite occu-
pãdum:ille:Macedonẽ equite circũueniendũ:alius aliunde hoſtẽ adoriẽdum,ſtomachatus tãdem:o Her
cules inquit,vt multos hic hodie imperatores video:vt paucos milites.Suis deinde in aciem explicatis,
vnũ ex militibus videt relicto ordine,aliquãto lõgius in hoſtes prodire.Hic deinde cõſpecto Macedone
qui acer in armis ſibi pugnaturus occurrerat,pedẽ metu referens,ſeſe cõtinuo in priſtinũ locum recepit.
Tum Photiõ.Nũ te inquit hominũ ignauiſsime bini iam deſerti ordinis pudet?Nã & quem imperator
locum tibi decreuerat:& quẽ tu te tibi locũ delegeras reliquiſti.Rogate ergo dominũ meſſis vt mittat
Actuũ.17. nõ verborum ſatores,ſed qui luceãt vita & doctrina.De quo Matth.5.Quod autẽ binos mittit,charita G
Eccs.4. tẽ cõmendat,vę enim ſoli,duo autẽ mutuo fouebuntur:iuxta illud,clamabant alter ad alterum ſanctus
ſanctus ſanctus.Eſai.6.Et iuxta exẽplar quod Moſes accepit a deo in mõte Exod.25. Ala vnius cherub
Gene.2. alã cõtingebat alterius,charitas enim minus q̃ inter duos haberi nõ poteſt iuxta Gregoriũ, ideo nõ eſt
bonũ hominem eſſe ſolum.Pręmittit aũt dominus meſſores in omnẽ ciuitatẽ & locum, quia de eo qui
eleuatur ſupra omne quod dicitur deus ſcripſum eſt,Daniel.Cap.11.Mittit manum ſuã in terras,& te-
1.Ioan.2 rra ægypti nõ effugiet.&c̃.Et Zach.Cap.6.Vidi & ecce quattuor quadrigę &c̃.Vide textum.Iam eñi
myſteriũ operatur iuxta Paulum.2.Theſ.2.Hoc eſt iã antichriſti multi ſunt qui circũeunt orbem non
bini & bini:ſed centeni & cẽteni:de quorum numero erat Pharao & exercitus eius,item & ſenacherib.
Ite,Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos:nolite portare ſacculum neq; peram
neq; calciamenta. Caiet.Mutãda ꝓhibet,nõ ea quibus erant calceati,ſicut patet ex Marco. Ex in-
duſtria(inquit iſte)dixit Marcus ꝙ miſit eos dñs calceatos ſandalijs,prout erãt calceati:ne erraremus in H
Matthęo,intelligẽdo,chriſtũ prohibuiſſe calciamẽta.Duplicata igitur calciamẽta prohibẽtur in Ma-
tthęo.Hic vero mittũtur calceati.Sãdalijs iuxta illorũ morẽ.Nõ enim fecit eos vẽdere calceos & emere
ſandalia.De figura enim colore magnitudine veſtes vel calceorũ nil precepit Chriſtus mutãdũ apoſto
lis.Id obſerua,virga ad offm̃ defenſionis prohibita eſt:ad offm̃ ſuſtẽtationis cõceſſa eſt.Vide ſupra lib.
Pſalm.93 4.ca.10.& 11.Et neminem per viam ſalutaueritis.Olim cum deus vltionũ vocaretur dominus,
Deut.7. poſtq; peccatorũ ac ſcelerum ſuorũ mẽſuram impleuerãt Amorręi,nõ agnos miſit inter lupos,ſed ſicut
ſcriptum eſt/immiſſiones ꝑ angelos malos,decẽ plagas ægyptias, in ſuꝑ inquit & ſcrabones mittet do
Pſal.84. minus tuus in eos,donec deleat eos atq; diſperdat,qui fugerint manus veſtras;nec poterũt latere.Nunc
autẽ poſtq; veritas de terra orta eſt,miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi iuſticia & pax oſculatę ſunt
pro muſcis & ranis & ſcrabonibus agnos agnus dei ad nos deſtinauit:qui lupi eramus,ſcropiones & vi
perę,& aſpides ſurdę,& ſi quid nocẽtius dici poteſt. Licet autẽ animalia iſta contraria ſint, vt alia ab I
Gene.49. alijs deuorẽtur(Beniamin lupus rapax)ſed bonus paſtor lupos gregi ſuo nocere nõ ſinit,ideoq; iſti non
ad pręedam ſed ad gratiam diriguntur.Sollicitudo enim paſtoris efficit,vt lupi in agnos audere nihil po
Ambroſi? ſſint.Scriptum eſt enim. Lupi & agni ſimul paſcentur.Eſai.11.& Cap.65.Lupi beſtię ſunt quę inſidian
Lupi. tur ouilibus:circa paſtorales verſantur caſas;habitacula domorum intrare nõ audent,ſomniũ canũ/ ab-
ſentiã autem deſidiam q; Paſtoris explorant,ouium guttur inuadunt, vt cito ſtrangulent,fere rapaces
idem q; natura corpore rigidiores,vt ſi facile nõ poſſint in flectere.Impetu quodã ſuo feruntur, & ideo
ſępe deluduntur. Tum pręterea ſi quẽ priores hominem viderint,vocem eius quadam naturę vi ferũtur
eripere iuxta ꝓuerbium.De his dictum eſt Matth.Cap.7.Hos igitur inter lupos malitia nõ natura, mi
Matt.10 ſſi ſunt agni iſti innocẽtia,ſerpentes prudentia.Qui merito dicere potuerũt illud Num.13. Terra quam
luſtrauimus optima eſt,quod ex his fructibus poteſt intelligi,reuera autem habet ciuitates muratas, ha
bet habitatores fortiſſimos(forti armato cuſtodiente atrium ſuum.Luc.11. Stirpem Enach vidimus ibi, K
& mõſtra quędam de genere gigantęo,quibus cõparati,quaſi locuſtę & pygmęi videbamur. Pygme-
os agruibus infeſtari,Homerus quoq; prodit.Fama eſt,inſidentes arietum capraruq; dorſis:armatos
ſagittis veris tempe vniuerſo agmine ad mare deſcendere,& oua pullos q; earum alitum cõſumere,ter-
nis eam expeditionem menſibus cõficere,aliter futuris gregib⁹ nõ reſiſti. Hi ternas epithamas id eſt pal
mos lõgitudine nõ excedũt.Lib.7.Cap.2.Plinius.Illi ſunt leones & lupi & gigãtes & mõſtra:nos pyg
Origenes. męi oues & locuſtę.Origines.Ita eſt reuera,ſed regnum cœlorum violenti diripiunt. Patria noſtra cœ-
Matt.11. lum eſt,ibi enim Paulus cõuerſabatur viuens adhuc.Sunt igitur quędam ſpirituales nequitię, ſunt gi-
Phili.3. gantes quorum poteſtati nullus homo valet reſiſtere.Quorũ cõparatione nos locuſtę ſum⁹,& pręcipue
ſi dubia

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſi dubia ſit fides nr̃a, & timore pculſi: terga vertamus, aut quia vxorē duximus carnem nr̃am, ſiue edifi-
camus in terra: & plātamus plantationē infidelē, quā eruca depaſcet, locuſta bruchus & rubigo. Ioel. 1.
Tinea fures & latrones. Si vero iuſſa Ieſu fideliter exequamur: gigātes abſcedēt & corruet tanq̄ cera a Deut. 20
facie ignes. Vult enim Chriſtus dn̄s ſemp res mirabiles facere: vult de locuſtis & pygmęis vincere gigan Eai. 17.
tes, & de his quę in terra ſunt nequicias ſuperare cœleſtes: ſicut in cōſequētibus dicitur: ecce dęmonia ſub Pſal 67.
ijciunt nobis in noie tuo. Et hoc eſt fortaſſe quod dicitur, qui credit in me, maiora his faciet. Ioā. 14. Ma- Luce. 10.
ius enim mihi videtur (inquit Origenes) ſi homo in carne poſitus fragilis & caducus: fide tamē Chriſti
& verbo eius armatus, ſuper dęmonum legiones calcet. Quāuis enim ipſe ſit qui vincit in nobis, & per
nos triumphat (1. Cor. 15) 2. Cor. 2) Plus tamē eſſe dicit q̄ per nos vincit, tantū eſt vt nos armis iſtis ſemp
ſimus cōtecti, Quibus armis? Sine ſacculo ſine pera &c. Vnde Alexāder referente Plutarcho / Diogenes /
A vitā obſtupeſcēs, & animi celſitudinem: ſępe dicebat: ni Alexāder eſſem, Diogenes eſſem. Nec tamē (in
quit Plutarchus) Dixit Alexāder: ni rex eſſem, nec ſi diues, nō enim formā ſapiētię pręferebat: nec pur- Alexander
puram vel diadema māticę vel ſordido amiculo, ſed niſi Alexāder eſſem, haud ſcio an Diogenes eſſem.
Ideſt ſi in animo nō eſſet, iura & leges paceq; grecorum in totā Aſiam trāſfundere, & ad humaniorem
victum perducere, nequaq̄ certe inſigni delictiarum affluētia ſeſsitarem: ſed ęmularer vt opinor Dioge
nes inopiam. Num mihi bona tua venia Diogenes liceat Herculē imitari, & Liberi patris mei progeni-
toris generis q̄ mei p auctoris veſtigia ſequi, Intereſt autē quoniā Alexāder tyranide violētia: armis &
pene infiniti innoxij ſanguinis effuſione gētes ſibi vel volentes vel inuitas ſubiecit, quibus iura & leges
imponeret. Iſti vero patiētia, prudentia malorum tolerātia, pauptate & humilitatę etiam dęmones ſibi
ſubiecerunt. Nec tamē Alexāder Diaboli martyr inſignis / incruētus a tot cędibus domū reuerſus eſt. Au
di Plutarchū. En tibi Alexādri corpus, ſi nihil aliud certe ab imis vnguibus ad verticē ſauciū atq; contu-
B ſum ab hoſtib⁹, denīq; cęſum & iaculo & gladio & torti vibramine ſaxi enſe diſsecta galea capillo te Plutarch.
nus. In Hyrcania obleſo lapide collo, quo ictu tenebris ob oculos effuſis: ad dies multos cęcitatē timuit
Profecto nullus mihi Regum infeſtiore fortuna vſus eſſe videtur. Hęc ille Nimirū ſcriptum eſt, erit ferus
homo: manus eius cōtra omnes, & omniū cōtra eum. Hic eſt qui in expeditione ſua ſumptis trigita die Gene. 16
rum cōmeatibus, cū domeſticas poſſeſſiones regios q̄ redditus maxime ex parte inter amicos diſtribue-
ret, Perdicas vnus offerēte eo, nihil quicq̄ accipere voluit per cōtatus q̄ ab eo, tibi vero Alexāder ecq̄d
recepiſti? Cū ille ſpes ſe ſibi relinquere diceret: & nos inquit harū participes erimus. Sed quę tandē ſpes
erāt quibus ille fretus, in Aſiā tranſmittere exercitum decreuit? Pietatem in deos: fidem erga amicos, fru-
galitatē, cōtinētiam: aduerſus mortē intrepidam expectationē: humanitatē: ingerēdis rebus celeritatē, &
in primis adipiſcēdę glorię propoſitū. His igitur armis inſtructus: per fas & nefas ſingularis hic aper de
ſilua: cornu nēpe illud inſigne quod erat inter oculos hirci an potius hircus ipſe: a deo ſpolia multorū re-
C gum multa coaceruauit: vt diuitias & reliquum eius inſtrumētum / multorum iuga dena milia & quinq̄
milia camelorū vexiſſe dicātur. Et hic eſt de quo dicit Plutarchus, q̄ frugalitate & fide in deos & ppo- Dani. 8.
ſito glorię adipiſcēdę armatus, tanta peregerit: tot vaſtauerit regna: tā erga ſuos liberalis cōmilitones: ex Alexādri.
raptu cyclopico & vita quā viuebat: dicens / Omnis locus quē calcauero, meus eſto. Vos autē nihil tule- Diuitię
ritis in via. Hic textus expoſitus eſt ſupra libro. 4. Cap. 10. & 11. Et neminem per viam ſalutaueri
tis. Non prohibetur prędicatoribus ſimplex ſalutatio, ſi quis occurrerit in via: quia Dn̄s Ieſus iunxit ſe Deut. 11.
duobus eūtibus in Emaus, & ſalutauit eos verbis pacificis, dicens, qui ſunt hi ſermones &c. Luc. 24. Iu- Luce. 19
bet autē eos nō ſegniter obire ſibi delegatā prouinciā, quibus tā grandis reſtabat via, ne alicui⁹ obuij
cōfabulatione reflectātur ab iniūcto officio prędicationis: ſicut dictum eſt Giezi ab Heliſęo: accipe lū
bos tuos, & tolle baculū meum in manu tua & perge. Si occurrerit tibi homo: ne ſalutes eum: & ſi ſalu
tauerit te, ne reſpōdeas illi. 4. Reg. 4. Dicūt Hebręi, q̄ Giezi ibat per viā, & occurētib⁹ dicebat, miſſus
ſum a domino meo, vt excitem puerum, vnde factum eſt, vt quia ſero peruenit, puer nō ſurrexerit, qua
D ſi qui ia totus a calore refriguerit. Nō ergo ſalutationis ſedulitas aufertur, ſed obſtaculū differēdę prędi-
cationis. Tēpus enim tacendi & tempus loquēdi. In quācunq; domum intraueritis, vſq; ibi: appropin- Eccs. 3.
quauit in vos regnū dei, expoſita ſunt lib. 4. Cap. 10. & 11 / hoc excepto. Manducate quę apponun
tur vobis. Refertur aūt ad illud, dignus eſt operarius mercede ſua vel cibo, iuxta illud, ne obliges os bo
ui triturāti. Deu. 25. Si nō boui triturāti, nū prędicatori euāgelizāti regnum dei? Vnde illud. Fili hominis 11. q. 3. ad
Nabucodoſor rex Babilonis ſeruire fecit exercitū ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrum: Omne caput menſam.
decaluatum, & omnes humerus depilatus eſt, & merces nō eſt reddita ei, nec exercitui eius de Tyro pro Eze. 29
ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eam. Hieronym⁹. Ex eo q̄ Nabucodonoſor mercedem accepit bo-
ni operis, ſpolia videlicet regni ægypti: intelligimus etiā Ethnicos ſiquid boni fecerint: nō abſq; merce- Hieronim
de dei iudicio pręteriri. Quod ſi de bobus cura eſt deo deq; coruis & gētibus ideſt de illis. 120. milibus, q
E apud Ionā neſciūt inter bonū & malū, merito & qui laborāt in area dei digni ſunt mercede ſua. Sed cum 1. Cor. 9
dicit, quę apponūtur, ad frugalitatem eos hortatur: ne videlicet nauſeantes ad appoſita, quod certe non Iong. 4.
fecerūt qui ex panibus hordeaceis paſti ſunt, cępe & allia ſuſpiret, ortigometras, Numedicas, Meleagni Ioan. 6.
des, Phaſianos, & Cerebella ſtruthionum ac gallinaceū lac, ſed quę apponuntur: & ſunt inuētu facilia.
Auguſtinus ſup Pſal. 103. Cū enim dixiſſet dominus. Māducate quę apponūtur vobis, ne illi diceret, im Auguſtin
probi erimus: ad menſas alienas indigebimus: vis nos eſſe ita frōtoſos? Nō inquit, nō eſt illa donatio eo
rū ſed veſtra merces. Qui ſpūalia ſeminat, debent carnalia metere, licet nō ea quęrant, ſed hominis quę
rant. Phil. 4. Sed tamē bos laborem areę tolerare nō poteſt: niſi interim de tritura paſcat. Quodq; ſequi-
tur, appropinquauit in vos regnū dei, docentur q̄d debeāt prędicare populus ad quos mittūtur, Ab eadē 1. Cor. 9
annūtiatione

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

annũciatione regni cœleſtis Ioãnes anſpicatus eſt prędicationẽ ſuam Matt.3. Et idẽ legimus de domino
nr̃o Ieſu chriſto, Math, Cap̃.4. Appropinquat regnũ cœlorũ ſuſcipientibus apoſtolos, bono eorũ, qui
Marci.3 iuſtis ſuppeditauerunt neceſſaria: faciẽtes amicos de mamona iniq̃tatis. Luc.16. Et conuenit iterum
turba: ita vt nõ poſſet neq̃ panem manducare. Et cũ audiſſent ſui, exierũt tenere eũ.
Eſai.54 Dicebãt enim: quoniã in furorẽ verſus eſt. Quo ſermone impletũ eſt illud, lauda ſterilis quę
nõ paris, quoniã multi filij deſertę: magis q̃ ea quę habebat ſeptẽ viros, Matth.22. Et infra. Ego ſternam
Ephe.2 per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in ſapphyris: Chriſto igitur fundamento eccleſię de quo Paulus,
fundamẽtum aliud nemo poteſt ponerẽ, 1. Cor.3. Vt ſup̃ edificarẽtur cõueniebãt turbę tãto ſtudio audi
endi verbũ dei: vt dñ̃o Ieſu nõ fuerit ociũ vel cibum neceſſarium ſumẽdi, quia vere dixit ſpiritus ſanct⁹ F
expediebat vt vnus hõ moreretur pro pp̃lo, ne tota gẽs periret. Aperiebat ergo noſter nazareus Ioſeph
Ioan.11 horrea ſua, & vẽdebat ægyptijs frumentum, Dicamus & nos. Omnes gẽtes venite, & qui non habetis
Geneſ.41. argẽtum, emite abſq̃ vlla cõmutatione vinum & lac. Eſai.55. Nũc autẽ ſi requiras a me cui opi paſto-
3.Regũ, 15 res noſtri nauãt op̃as ſuas (nõ omnes: abſit) forte aut ſtertũt cum Iona, aut curias terũt cum ſacerdoti-
bus illis, qui paſcebãtur de mẽſa Iezabelis. An quod magis credibile eſt, cotidie captãt ſecretũ horarium
cũ Domitiano: quo tẽpore nil aliud agebat: q̃ muſcas captas ſtillo cõfigere, neſciẽs interim grex ſibi cõ-
Domitia-nus. miſſus vtrũ albus eſſet an pullus. Nam q̃ muſcas captabat, exercebatur vt bonus carnifex ad lauienam
& inueſtigato nouo quęſtionis genere (o atrocem cerberũ) quoſdam diſtorſit, immiſſo p̃ obcena igne.
Hic eſt qui ſumma impudẽtia: cũ procuratorũ ſuorum noĩe formalem dictaret epiſtolã, ſic cępit, Domi-
nus & deus noſter ſic fieri iubet. Vidiſti mõſtrum horrẽdum Romanũ? Audi exẽplar cœleſte. Irruebat tã
to ſtudio turba p̃miſcua vt audiret verbũ chriſti, in cuius labijs effuſa erat gratia copioſiſſima, ſpecta-
Pſal.44. culũ certe dignũ viſu (ardebat enim rubus nec cõburebatur: Exo.3) qui vt ne ieiunos dimitteret, ipſe cum G
ſuis tanq̃ bonus paſtor ieiunus perſtabat ad occaſum vſq̃ ſolis: quia iuxta quod ipſe dixit Ioan.4. Ego
alium cibũ habeo, quẽ vos neſcitis, nimirum ſalus credẽtium cibus ſunt & potus ſaluatoris. Ita dixit &
Actuũ.10. vicario ſuo; Peste occide & mãduca/quę a me iam ſanctificata ſunt. Cum autem omnia quę per eum ge
rebãtur (fama vulgãte) ad cognatos ſuos iuxta quod verbũ caro factum eſt delata eſſent, quibus imple-
riſq̃ nota erat fragilitas eius: edebat enim & dormiebat, & cũ hominibus cõuerſabatur (nemo autem
Luce.4. p̃pheta acceptus eſt apud ſuos) de eius autẽ ęterna generatione nec per ſomnium opinabãtur, videbant
autẽ eũ trahere poſt ſe turbas populorũ: noua quędam & admirãda docere, curare quẽuis morbũ idq̃
verbo, & gratis, dęmonibus impare & multa id genus op̃ari quę humanas vires excedũt quę oĩa cum
potẽtię dei nõ tribuerẽt, id reliquum erat, vt putarẽt in furorem verſum, inſani ipſi reuera, & phrenetici,
qui dęmonibus imperantem in ſanũ opinabãtur. In furore inquiũt verſus eſt, p̃ extra ſe eſt: mẽti captus
eſt. Id aũt dicebãt, cõferẽtes vitam Chriſti pręteritã cum tam repẽtina nouitate. Vſq̃ ad annos.30, Va- H
cabat fabrili arti: litteras nõ didiſcerat. Vnde audiẽtes q̃ doceret cũ magnitudine popularis coronę, tati
ſunt in furorem verſum. &c. Cũ igitur eſſent cognati: ſua inter eſſe putabãt id quod leges humanę per-
mittũt vt mẽte (iuxta errorẽ ſuum ne inſanum) captũ & ſpiritu neſcio quo arreptũ, in vincula cõijcerẽt
dicẽtes, reuera in furorẽ verſum eſt: ideſt dæmoniũ habet & furit. Quod ſi ſui eũ arrepticium putant, q̃d
putas de alienis? De hoc ita habes in actis cap̃.16. Eũtibus nobis ad orationẽ: puella quędã habẽs ſpũm
pythonicũ obuiauit nobis, quę quęſtum magnũ pręſtabat dominis ſuis diuinãdo. Hec ſubſequuta Pau
Chryſoſt. lũ & nos, clamabat dicẽs, Iſti hominis ſerui dei excelſi ſunt. Ad hec Chryſoſt. Sup̃ illud. 1. Cor. Cap̃.12.
Scitis quoniã cũ gẽtes eſſetis. In idolis ſiquis vn⁹ ab immũdo ſpiritu deprẽhẽdebatur & vaticinabatur
tanq̃ ductus trahebatur a ſpiritu deuinctus: nihil ſciẽs quid diceret. Hoc enim vatis p̃prium eſt, mente
cõmoueri & neceſſario compelli, & trahi tanq̃ furijs percitũ. Propheta autẽ nõ eius modi eſt, ſed ſobria
Num.22. mẽte & firma & modeſta loquitur, oĩa vt decet nouit: & nõ vt aſina Balaã. Hoc inquit ita eſſe vos ſci- I
Plato tis, q̃ cũ gentes eſſetis, ad ſimulacra muta ducebamini &c. Vnde Plato. Sortilegi & vates dicũt quidem
multa & bona: ſciunt aũt nihil eorũ quę dicũt. Dicitur pythia mulier quędam ſedere in Apollinis tripo
de deductis cruribus, inde malus ſpiritus deorſum redditus & p̃ genitales eius partes trãſiens: furore mu-
lierẽ implere. Hãc autẽ crinem ſoluere, & debacchari, & ſpuma ora p̃fundere, ebria & inſana verba pro
ferre. Tanq̃ igitur ad harum rerũ nõ ignaros, nõ omnia diligẽter exequitur, cum nollet eos perturbare,
ſed tãtum in memoriã reducit, compẽdio vtens. Fęmina hec vocatur. 1. Reg.28. Corupto nomine habẽs
ſpiritũ phytonicũ, dicendum aut pythonicum ideſt ventri loquũ. Gręce autem, eugaſtrimythõ. De hoc
Leui. Cap̃.20./Deut.23./1. Parali. Cap̃.10. Vide textum. Item. 4. Reg.21/Eſai. Cap̃.8. & 19. In his omnib⁹
Nebriſẽſis locis/pro/phiton, phitonicus, phitoniſſa, inquit Nebriſſenſis noſter, in gręco eſt, eugaſtri mithos: q̃ ga-
Pythones ſter gręce vẽter eſt, (vnde gaſtri marchia, quod corrupte dicitur caſtri marchia) mithos autẽ fabula ſiue
verbũ. Sequitur de Antonio Nebriſſenſi. Videamus nũc vnde ſiue nicromãtici dicãtur pythones: ſiue py K
thonis ſpiritũ habere. Eſt apud poetas fabula celebris, q̃ poſt diluuiũ ſub deucalione terra madefacta,
genuit immẽſę magnitudinis ſerpẽtem, quem dixere pythonem, dictũ a pythin quod eſt putreſcere, ex
eo q̃ ex terra putri ſit ortus: aut in putredinem ſolutus. Hũc Apollo traditur ſagittis cõfeciſſe. Verũ py-
Sabellicus tho hic iuxta ſabellicum homo ſęuus era & prędonum princips. Nã cum laton a ex calcidę eubocę ciuitã
te Dianã & Apollinem in Delphos tranſportaret, euenit forte vt iuxta ſpecum in quo pytho (ſiue ho-
mo ſiue ſerpẽs: nõ refert) latitare dictus eſt, prętereirẽt, Vbi vero iam proſiliens pytho, impetu ferretur in
illos: Latona mulierũ more territa, filij auxiliũ inclamauit, his verbis. Iaculari fili. Ibi Apollo qui tũc for-
te geſtabat arcum: miſſo telo pythonẽ interemit. Hinc Apollo victor iuxta Lucanũ in quinq̃ inſtituit
ſacros celebri certamini ludos, pythia p̃ domitę ſerpẽtis nomine dictos. Hinc pythius Apollo: & pythię
Apollinis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Apollinis vates,quę illius ſpiritu raptę,futura aut occulta dicebãt,ſedẽtes in tripode ex corio eiuſdẽ ſer
pẽtis induto. De pythia ſacerdote ſtrabus de ſitu orbis libro.9. Auctores inquit certi memorãt, diuinum Strabus.
ipm domicilium ꝓfundam eſſe ſpelũcam nõ admodum ore lato patẽtem,inde auram quidẽ referri ſacro
efflante numine,excelſum autem oſtio imminere tripodẽ,quem cũ pythia conſcenderit, hauſto diuina-
tionis ſpũ/dei reſpõſa referre & metro & oratione ſoluta. Ibi vates factus eſt Apollo, imo vatũ quoq;
numẽ. Nam quattuor rex maxime decernũtur illi,diuinatio,ſagittãdi pericia:muſica,& ars medica mẽ-
taria. Hec diximus cum bona venia ſancti Thomę:quem vide:2/2.q.9. Art.3. Veritas enim habet vt
diximus hoc. Sed & fęminas has diuinatrices:quas diximus eugaſtri mythos appellari:philochorus in Philocho-
3. De diuinatione libro ſcribit,ſolitas quoq; fuiſſe carminibus mortuorum animas ex inferis excitare. Vi rus.
de Hieronymũ ſuper Eſai.29. Ibi:erit quaſi pythonis vox tua,per quę inquiens verba ſignificat necro- Hierony.
A mãtiam,ꝑ quã animas euocare dicũtur & temus vmbrarũ imo dęmonum audire voces. Auguſt. Steu-
chus. Ventri loquę mulieres etiã tempeſtate noſtra vidimus,quibus ſedẽtibus,vocula quędam ab earum
pudẽdis excitabatur,reſpõdebat q; ſciſcitãtibus, ipſe q; audire volui,nõ q; vllã fidem his adhiberem:ſed
vt dęmonũ pręſtigias cognoſcerem. Impuriſſimus enim dęmõ impuriſſimã & fędiſſimã elegerat partẽ
in qua verſaretur,& inde reſpõſa efferret. Hec ꝑ exceſſum dixiſse videbimur,exponẽtes illud, in furorẽ
verſus eſt,quę tamen non ingrata puto fore ſcripturæ ſanctę candidatis. Sequitur.

Caput.ix. De homine a dęmone poſſeſſo cęco & muto qui a dño ſana
tũ eſt,dicẽtibus phariſęis,chriſtũ dñm in poteſtate beelzebub eijcere
demonia:alijs ſignum de Cœlo querentibus. Qui multis argumentis
B confunduntur a domino. De q; peccato in ſpiritum ſanctum.

TVnc oblatus eſt ei dęmoniũ habẽs,cęcus & mutus, & curauit eũ
ita vt loquęretur & videret/iuxta Matthęũ/ Et cũ eieciſſet Dęmoniũ Matt.12.
ſtupebant omnes turbe & dicebant. Nũquid hic eſt filius Dauid? Marci.3.
De pęni. Diſtin.3. Sunt plures. Pro cęco & muto iuxta Matthęũ gręce eſt typhlos Luce.11.
& cophos,cęcus & mutus:q; & cophos gręcis ſurdum ſignificat,ob id opinor,
q; qui natura ſurdi ſunt,ijdem & muti ſint oportet. Heret aũt oratio ſuperioribus.
Nã ſicut patebit in cõſequentibus:ſciſſum erat incertum ſtudia in cõtraria vulgus.
Sui enim ſicut dictũ eſt,rati dũm in furorẽ verſum vincire voluerũt. Et hoc tã im-
piũ iudiciũ a ſuis ſuſtinuit dñs,qui dei virtus erat & dei ſapiẽtia. Pars populi cra-
C ſſior licet dubitabat viſis miraculis,nũ ipſe eſſet ille Chriſtus filius Dauid,de quo dicitur, de fructu ven
tris tui ponã ſuper ſedem tuã. Phariſęi qui legis ſciẽtiam profitebãtur cęcorũ duces cęci,cõſtanter aſſe Pſalm.131.
uerabãt:dominũ Ieſum coopãte Beelzebub dæmones pellere. Sũt inquiũt opa huius hominibus ma- Matt.15
iora,verum nũ abſq; Theſęo,ſed pręſidio principis tenebrarũ ea ꝑpetrat. Reliqua pars populi aliã ne- Prouerbiũ
ctit calũniam:illa ſigna terrena eſſe & inferiora ſignis factis a Moſe in exitu iſrael de captiuitate Miz-
raim, minora inquã q; ea q̃ fecit Ioſue, Samuel vel Helias. Nã Moſes decem plagis flagellauit Mizraim
mare diuiſit,e petra aquã vni exercitui ꝓduxit &c̃. Nũ.20. Ioſue vnico verbo ſolem ſtare fecit & lunã
die integro. Samuel ſereno tempore pluuias exciuit & fulgura. Helias ignem de cœlo depoſuit, 4. Reg.1.
Cõtra elemẽti naturã,& cœlum tribus annis clauſit.3.Re.17. Tẽtantes igitur potẽtiam ei9,ſignũ de cœ Ioſue 10
lo quęrebant(quaſi credituri ſi vidiſſent)id facibus calũniaturi,vt pote magis remotũ a ſenſibus,de quo 1.Reg.12
tamẽ ſi doceri volebãt:audiãt Ioãnem dicẽtem Ioan.1. Luc.3. Vidi cœlos diduci & vocem patris audiui
dicẽtem,hic eſt filius meus,nõ fabri neſcio cuius. Deni q; eo moriẽte viderũt ſolem ęternam noctẽ mina
nari orbi,ipſis paſcha ſuum celebrãtibus cum Barraba. Inter tot igitur voces ac ſibila ſerpẽtum & inſa-
D norum iudęorũ,quos afflatu ſuo repleuerat is q̃ opatur in filijs incredulis:& qui ſemꝑ errãt corde.ps.94 Matt.27
Suſcitauit & ſpiritus ſanctus ſpũm fęmine vnius:quę typum gerit eccleſię,hęc enim ex tollens vocem e Ephes.2
medio turbarum,omnes has cõpreſſit calũnias dicẽs. Beatus venter qui &c̃. Sed ad rem. Quattuor ſig-
na ſimul ſunt in vno homine ꝑpetrata. Cęcus videt,ſurdus audit,mutus loquitur,poſſeſſus a Dęmone
liberatur. Vias igitur ad fidem occluſerat Dęmon:oculos:aures & linguam, Vere ergo dixit propheta:q; Pſal.31.
multa ſunt flagella peccatoris:eorũ aũt maximum illud eſt iuxta Auguſtinũ, vt moriẽs obliuiſcatur ſui Auguſtin
hoc eſt mutus moriãtur,qui quãdo potuit cõfiteri/noluit. Ita dicit Lucas cap.10. Abierũt latrones, ſemi
uiuo relicto,plagis impoſitis multis. Quoniã tacui inquit,inueterauerũt oſſa mea, dum clamarem tota Idem
die. Auguſtinus. Quid tacuiſti? Quid clamaſti? Tacui peccata,ebuccinaui merita cum pharięo illo cen Luce.18.
ſore orbis totius. Vbi clamaſti, vbi tacuſti? Peccata prędicaui ſicut Sodoma in triuijs & deflexibus viarũ Eai.3.
E tacui autẽ apud eum qui claues habet & poteſtatem ligandi & ſoluendi. De huiuſmodi igitur ſeqtur in
eodẽ Pſalmo. In chamo & freno maxillas iſtorũ cõſtringe. Vidiſti hũc hominem cęcum & mutum? Cha
mo & freno cõſtrict9 eſt,vt diſcat iuxta aplm nõ blaſphemare:ideo enim Satanę traditus eſt. Cum enĩ 1. Timo.1
audis mutũ:hominẽ effrenem & trilinguem infrenatum intellige, vt diſcat cõfiteri peccata, tacere meri-
ta,tacere peccata. Poſſumus autẽ dicere iuxta Chryſo./q; frenum hoc quo ſatanas peccatorem ora cõſ-
tringit,verecũdia ſit,quę hominẽ mutum facit,& maxime fęmineũ ſexum. Ante peccatũ inquit liberi ſu Chriſoſto.
mus vtrũ ſequi velimus an Chriſtum, vitam/vel mortem. Quod ſi ſemel Satanas freno ſuo ora nrã cõ-
ſtrinxerit:deinceps ſicut nauis fracto gubernaculo:pręcipites agimur:quo nos manũ inſedẽtis impulerit
ſicut aſinam ſuam Balaã:niſi interim aliquis angelus magni cõſilij ingreſſus os nrm,ſoluat linguã nrãm Num.22
vt dicamus

Fondo reservado de EL COLEGIO de JALISCO

vt dicamus, cur percutis me ecce iam tertio? Multa enim flagella peccatoris. Sicq; pro Balaã idest ſatana
Eſai. 48 ſuccedat aſceſſor rex pacificus, dicens. Laude mea infrenabo te, ne pereas. Illud interim annotandũ, quo
Geneſ. 3. modo mẽdatij inuentor qui ſerpentis natura mutos loquaces facit, hominẽ loquela a natura preditũ fecit
mutũ. Nũquid nõ ſerpentina vox eſt illa, in Beelzebub ejicit demones? Videmus autem quomõ rem
vnã & eandem diuerſa ſpecula diuerſi mode repreſentãt. Ita nũc alij mirãtur opus dei inſigne: alij par-
Pittacus ui ducũt, alij blaſphemãt, alij extollũt, alij cœleſte ſignum petũt. Vt merito Pittacus philoſophus roga-
tus ab Amaſe rege ægypti, vt ex oue quã illi dono miſerat rex, remitteret ei optimã & peſſimã partẽ
linguam rãtum miſerit. Nimirũ iuxta Iacobum lingua eſt fons de qua amarũ & dulce ſimul emanat: ca
Auguſti. lidum & frigidũ iuxta Satyrum illũ, vita & mors iuxta Salomonem. Prob. 18. Ad hec Auguſti. Nõ eſt F
Iaco. 3 credẽda cõuerſa fuiſſe anima ſerpẽtis in animã rationalẽ, cũ loqueretur Euę. Quãdoquidẽ nec ipſi homi
nes quorũ rationalis natura eſt cum dẽmõ in eis loquitur ea paſſione cui exorziſta requirit ur/ſciũt quid
loquãtur. Nã quod ſerpẽtes putãtur audire & moueri ad verba Marſorũ, etiam illic diabolica vis opa
tur. Et iã hoc nõ parua teſtatio eſt, naturã primitus humanã ſerpentis eſſe ſeductã colloquio. Gaudent
enim demones (o gaudiũ amarum) hãc ſibi poteſtatẽ dari, vt ad incãtationem hominum ſerpẽtes mo-
ueãt, vt quolibet modo fallãt quos poſſunt. Hoc autẽ permittũtur ad primi facti memoriã cõmendãdã
ꝙ ſit eis quę dam cũ hoc genere familiaritas. Ceterũ tãdiu dęmones loquaces fuerũt, quãdiu verbũ pa-
tris nõ affuit. Amõ autem cęca ſunt muta & ſurda idola gẽtium, dicẽte Eſaia. Bene quoq; aut male ſi
Hieronim poteſtis facite: & ſciemus, ꝙ dij eſtis vos. Hierony. Nõ ꝙ dęmones aſſidẽtis idolis mala ſepe nõ fecerint
ſed ꝙ niſi cõceſſa eis fuerit poteſtas a dño, hoc facere nõ poſſunt. Siue hoc dicẽdum, ꝙ multa ſimulacra
hominũ muta & inſenſibilia, nec bene poſſunt facere, nec male: nec pręterita noſſe nec futura. Ventura
inquit dicite nobis, Quo verbo ſignificat poſt aduẽtum domini oĩa idola cõticuiſſe. Quę ſi aliquid ha- G
beãt pręſciencię cur de Chriſto nihil potuere prędicere, nihil de ruinis & abolitione tẽplorum? Quod ſi
aliqua prędixerũt, ſemper mẽdatium cõiunxere veritati, & ſic ſentenciam tẽperauerunt, vt ſeu boni ſeu
S. Thom. mali quid accidiſſet, vtrũq; poſſit intelligi, vt eſt illud pyrhi regis Epirotarum, Aio te Eacida Roma-
nos vincere poſſe. Et Crœſi / Crœſus trãſgreſſus halym, magna regna perdet. Dicit autẽ. S. Thomas. 1. p.
q. 89. Art. 4. Demonas (forte autẽ intelligit de iſtis laribus qui nõ raro vel vidẽtur vel ſentiuntur domi)
facere aliquas leuitates: vt ſint familiares hominibus, quos cõnãtur decipere. Eo enim tendũt eorum fa-
llacię, ſiue ludãt ſiue illudãt, ſiue taceãt ſiue loquãtur, Et reuera (mea quidẽ ſentẽcia) valde in hoc iudi-
cia dei incõprẽhẽſibilia vidẽtur, vt angelus qui ſignaculũ ſimilitudinis dei dicitur, plenus ſapiẽtia / & cę
Eze. 28 tera, eo demẽtię atq; cęcitatis deuenerit: vt forma aſſumpta vel catuli vel muſionis ſiue pueli, illudat /
dormituris, vel dormiẽtibus op imẽta detrahẽdo: parietes vnguibus exaret, nucib? ludat, modo virum
Auguſtin agat, mõ trãſformetur in feminã: quę licet Auguſtinus nõ diffiniat, dicit tamẽ ea multorũ viridica voce H
prędicari, vt videatur impudẽtię eſſe hoc velle negare. Ad hec Chryſoſt. Queãdmodum canis aſſiſtens
mẽſę, ſi viderit hominẽ veſcẽtem ſub inde aliquid eorũ quę in mẽſa ſunt ipſi proijciẽtem, manet aſſidue
& mẽſam ſub inde repetit, quod ſi ſemel atq; iterũ ſic aſtitit: vt diſceſſerit nihil adeptus, pein? abſtinet
veluti qui opam ludat. Itidẽ & ſatanas iugiter fores noſtras pulſat Gene. 4. Verũ ſi pergas virtutis viam
terere: abſcedit. Tamẽ licet ipſe nõ eſuriat: nihilominus quia ſemper nocẽdi cupidiſſimus eſt, more prę-
donis ſuis cibaria pręparat, de quibus dicitur, ſabbęi fecerũt tres turmas &c. Iob Cap. 1. Ne igitur credas
ei magis ꝙ mures muſioni mortem ſimulãti: & appẽſo e oſtij peſſulo. Erat inquit Demonium: & illud
3. Regũ. 22 erat mutum. Et forte dęmõ iſte ille eſt de quo ſcriptũ eſt, egrediar, & ero ſpiritus mẽdax in ore omnium
Gregorius prophetarũ. Gregorius. Dęmõ fingens ſe pegrinum: clamat veſpere: & traducẽs epm fortunatum virum
ſanctum, quaſi eum eps domi nõ exceperit: a quodã viro exceptus eſt. Cõfabulantibus autẽ illis ad pru-
nas, demõ filium hoſpitis in prunas ꝓiecit, & occidit: & diſparuit. Si huius cauſa quęritur inquit Gre- I
gorius, dicẽdum ꝙ multa videntur bona, quę nõ ſunt: q̃a ſi oculus neq; eſt, totũ corpus tenebroſum erit
Marci. 6 Arbitrãdum eſt ergo: hũc virum nõ pietate per motũ, pegrinum ſuſcepiſſe, ſed vt detraheret epo ſuo: vt
meliora illo feciſſe videretur, Accepit igitur mercẽdẽ operis ſui. Satanas enim ſemper circuit, quęrẽs cui
noceat. Preſbyter de agro veniẽs: vir bonus iuxta ac religioſus, negligẽter dixit ſeruo: veni diabole diſ-
Exemplum calcia me. Mirabile dictu, horrẽdum viſu, mox affuit ſatan, & ſtatim cęperũt corrigię calciamentorũ &
caligarum mira celeritate ſolui, & dicto citius, vnde preſbyter expaueſcẽs, clamauit. Recede miſer, non
enim tibi: ſed mãcipio meo loquutus ſum, Quo iure corrigi poteſt (inquit Gregorius) antiquus hoſtis q̃
tã preſto eſt factis corporalibus, ꝗ nimis inſidijs noſtris cogitationibus inſiſtat. Refert enim alias idem
Gregorius de puello annorũ quinq;, qui propter blaſphemias eſinu patris raptus eſt a dęmonibus. Mox
enim vt eius animo aliquid obſtitiſſet: maieſtatem dei blaſphemare cõſueuerat. Itaq; vidit mauros ni-
Aliud gros ad ſe rapiẽdum venire, idq; cum recũbens in ſinu patris: diceret, & nomẽ dei blaſphemaret: animam K
reddidit. Qui igitur hũc miſerũ puellum blaſphemare docuerat, is eſt qui nũc mutus refertur, cuius caput
S. Margarita aliquãdo calcauit. Tãta autẽ eſt vicinitas ſilẽtij & ſapiẽtię, vt etiã ſtultus ſi tacuerit: ſapi-
ens reputetur, imo dęmõ ſi tacuerit homo reputabitur. Prober. 17. Et ſicut dicit ſapiẽs quidam: ſilẽtij habe
mus magiſtros deos, loquẽdi homines. Nam dñs dixit. Sit ſermo veſter eſt. Eſt. Nõ Nõ. Et Paulus e ter-
2. Cor. 12 tio cœlo reuerſus. nõ licet inquit homini loqui. Et mirabile eſt: vt quid audiuit arcana illa verba, ſi nũ-
Eccs. 3. lli erat loquuturus. Sed tẽpus tacẽdi & tẽpus loquendi. Ambroſius. Sicut olim dictum eſt ſatanę de Iob
Ambroſi. animam illius ſerua, ita nũc dictum eſt caco dęmoni huic, linguam illius ſerua. Quanta vis Chriſti: vt
cuſtodia hominis impetur etiam ipſi diabolo, qui ſemp vult nocere: ſed vel inuitus prędę ſuę ſit cuſtos:
& obſequãt mãdatis cœleſtibus. Nã alioqui ſi nõ ſeruaſſet linguam huius, iam illã cẽties cõmãducaſſet
prę dolo-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

prę dolorę,ſicut legis in Apoc.Cap.16.Nã & muſtella aliquãdo ingreſſa officinam fabri ferrarij limam
offendit,quã circũlambebat,vrgente fame.Raſa igitur lingua:ſanguis multus ferebatur,hęc aũt lętaba Muſtella.
tur:rata ex ferro aliquid auferre,donec gliſcẽte gula:linguã ſuã penitus abſumpſit. Clemẽter igitur egit
dei ꝓuidẽtia cũ hoie iſto blaſphemo(vt ego reor)adhibẽs ei ſuę linguæ frenũ & cuſtodẽ dęmonem, vt
ꝑ eum torqueretur,cuius impulſu peccauerat.Vt autẽ meritas pęnas exoluit, ſolutũ eſt vinculũ linguæ 1.Reg.19
ſuę:& loquutus eſt:& admiratę ſunt turbę,ꝙ iam Saul maledicus eſſet inter ꝓphetas.Hieronym.Rem Hierony
loquor in auditã:ex vno hominis ore diuerſę voces & quaſi cõfuſi ppli clamor audiebatur,(& loquitur
A Hieronimus de quodã dęmoniaco,quẽ ſanauit.S.Hilariõ.Forte enim & iſte obſidebatur a legione inte
gra,ſicut refert Marcus cap.5.Et cũ tot eſſent intra hoiem(mirabile viſu)vnus tãtũ loquebatur,tãta eſt Memor
cõcordia eorũ in malo.Memor eſto illius ſatyri.Leotyclidas ad eũ qui dixerat,demarati filios ipi male- eſto illius
dicere,ꝑ deos inquit nihil miror:neq; enim illorũ quiſdã benedicere poſſet:niſi forte ꝑſuáſum eſt illis me Satyri.
mortuũ eſſe,nã viuendi nulli pepꝑcerunt,quãdo autẽ parcerent,quãdo & de deo male loquuti ſunt.Li- Leotichi-
ſander ad quẽdam in ſe cõuitijs debachantẽ,dic inquit frequẽter,o bone dic,nihil omittas,ſi forte tuũ ijs das.
malis animũ quibus eſſe videris euacuare poſſis.Sed linguã iuxta Iacobũ nullus hominum domare po Liſander
tuit,cũ naues grandes vnico gubernaculo circũducantur.equi aũt feroces vnico freno.Quia ergo linguã Cap.5
hõ domare nõ poteſt,quia nõ vult, Diabolũ accipit ſeſſorem,vt vexatio apiat intellectũ.Eo aũt eiecto
admirãtur turbę dicentes.Nũ hic eſt filius Dauid?Nã Meſſiam futurũ ex ſemine Dauid,nemo fere igno Eſai.27.
rabat ex iudęis,quãdo & cęci ipi clamabant:miſerere nr̃i fili Dauid. Imo mulier Cananęa quę nihil de Matt.20.
ſcripturis diuinis audierat,eadẽ verba inclamabat Matth.15.De hoc habes Matth.22,Quidã autẽ ex
eis dixerũt.Hic nõ eijcit dęmones niſi in belzebub principe dęmoniorũ,& Beelze
B bub habet.Iuxta Marcũ.Quib? vbis iuxta Hieronymũ, Chriſtũ dñm diabolũ dicebãt,& cũ viderẽt Hieronim
eũ in virtutibus deũ,Beelzebub calũniabantur in factis & hoc eſt peccatũ in ſpiritũ ſanctũ,ſicut dicetur
Eutheaſtici & epileptio iſti talia iactabãt.Ita dicit Chryſoſto.Talia opa faciens, talia ab eis verba au
diebat.Siquidẽ & de genere ei detrahebãt,fabrũ vocantes,itẽ de patria,quia a Nazareth nihil poteſt eſſe Chriſoſto
boni.Ioan 1.Itẽ de cibis,vocantes voracẽ.Deniq; neq; in cruce pẽdenti pepercerũt dicẽtes: Vah qui de- Matt.11,
moliris tẽplũ dei.Matth.27.Sed & ſepulto dño,ſeductor inquiũt ille &c̃.Dicẽtes vero in principę dæ-
moniorũ &c̃.Illud oſtẽdũt eſſe inter dęmones principatus,ſicut dicitur ipe eſt rex ſuper oẽs filios ſuper- Iob,41.
bię.Et rurſus.Nũc princeps mundi huius eijcietur foras.Ioan.12.Et Paulus rectores vocat tenebrarũ harũ Ephe.6
de quibus dicitur,hęc eſt poteſtas tenebrarũ.Luc.22:Vidiſti vero linguam mortifero tinctã veneno,igne Iaco.3.
inflãmatam gehennali/quo malitię culminis euecta ſit,quẽ enim dęmones cõfitentur dicẽtes,veniſti an
te tẽpus,vt torqueas nos,hũc eundẽ iudęi in lege verſati Beelzebub habere teſtantur. Sed his peſtibus
C qui dicũt malum bonũ,lucẽ tenebras & dulce amarum,plenus eſt mũdus. Tiberio ſedulo inquirẽti de q Eſai.5.
dam qui male de Cęſare Auguſto ſentiebat,id vt Cęſar reſciuit,ita Tiberio reſcripſit. Etati tuę mi Ti- Auguſti.
beri noli in hac re indulgere:& nimiũ indignari quenq; eſſe,qui de me male loquatur,Satis eſt em̃ ſi hoc
habemus,ne quis nobis male facere poſſit,Vocẽ reuera dignam tanto principe.Pyrrhus in Ambratia vt
quẽdam maledicum pelleret ꝑcantibus,reſpõdit potius ad paucos illic manẽs, ꝙ circũiens apud multos
de nobis obloquatur. Tu autẽ memor eſto verſiculi illius:dixi cuſtodiã vias meas,vt nõ delinquam in Pyrrus.
lingua mea,vana eſt enim religio eius,qui linguã ſuam nõ frenat,nõ refrenat.Iaco.Cap.1.Et alij ten Pſalm.38.
tãtes ſignũ quęrebant ab eo.25.q.2.Si ea.Ipſe aut vt vidit vel ſciẽs cogitationes eorũ
dixit eis,Omne regnũ diuiſum aduerſus ſemetipſum:deſolabitur.Matthęus/& om-
nis ciuitas vel domus diuiſa cõtra ſe,nõ ſtabit.Lucas,& domus ſupra domum cadet
Marcus,ſi regnũ in ſe diuidatur:nõ poteſt regnũ illud ſtare.Et ſi domus ſuper ſemet-
ipſam diſpartiatur,nõ poteſt domus illa ſtare.Si autẽ ſatanas conſurrexerit in ſeme
tipſum:diſpartitus eſt, & nõ poterit ſtare,ſed finẽ habet, Satanas accipitur ꝓ tota vni-
D uerſitate dęmonũ.Lucas.Si autẽ & ſatanas in ſeipſum diuiſus eſt:quomõ ſtabit regnum
eius(Idẽ dicit & Matthęus)quia dicitis in Belzebub eijcere me dęmonia?Omne regnũ pri
ma ratio qua ꝓbatur vnum dęmonẽ nõ expelli ab altero.De Origene huius nominis Beelzebub ita di-
cit Hierony.Primũ omniũ Aſię regnaſſe Ninum Beli filiũ omnes Gręce narrãt hiſtorię,qui niniuẽ con-
didit ſui nominis ciuitatẽ,cuius vxor ſemiramis muros extruxit Babylonios.Hic aduerſus zoraſtẽ mag- Ninus.
num regẽ Bactrianorũ forti certamine dimicauit,& in tãtam peruenit gloriã vt prẽm ſuum Belum re- Bel.
ferret inter deos,hebraice Bel.Phenices & ſidonij apellãt Baal,interpotẽtes haim.Didicimus exordium
dæmonis imo hominis in deũ cõſecrati.Oĩa enim idola ex mortuorũ errore creuerũt. Hũc igitur Belum
qui & Saturnus Moabitę Beel phegor vocabãt:iudęi vero vnius dei cultores:irridẽtes gentiles,eundem
Beelzebub vocabãt.Baal enim vir dicitur:zebub muſca tanq; muſcarũ deum,propter ſordes cruoris pe
cudũ in tẽplo eiuſdẽ immolatorum. Hũc deum ſiue dęmonem qui cõſulerent de ſalute ſua nũtios miſit
E Ochozias Rex iſrael.4.Reg.1,Huius ſimulacro iuxta opionẽ Hebręorum prę ſidebat dęmonũ princips
& caput.De hoc autẽ quod dicit,alij tentãtes,dicetur infra.Itaq; dñs non ad verba ſed ad cogitationes
phariſęorum reſpõdit,vt vel ſic cõpellerentur credere potẽtię eius qui cordis videbat occulta,quod ſoli
dei eſt.Omne regnũ inquit in ſe vel cõtra ſe diuiſum:deſolabitur.Hęc eſt prima ratio,qua ꝓbatur vnũ Hierem.17
dęmonem nõ expelli ab altero.Quomodo enim cõcordia paruę res creſcũt,ſic diſcordia maximę dilabũ Boetius
tur.Vnde iuxta Boetiũ vna quęq; res tãdiu eſt:quãdiu vna eſt.Stetit aliquãto regnũ iudęorũ in duo re-
gna diuiſum,quia a dño factũ eſt verbũ illud,ſicut habes.3.Reg.12.Nihilominus tamẽ vtrũq; regnũ ſu-
blatũ eſt,quia diuiſum.Alterũ enim omnino defecit,ſicut habes.4.Reg.Ca.18.Alterũ in q̃ttuor partitũ
eſt tetrar-

Fondo reservado de EL COLEGIO de JALISCO

eſt tetrarchias,de quo dictū̄ eſt Luc.3.Roma que a principio ſuę fundationis tres tātum tribus habebat
quaſi tres paruos greges caprarū:eo glīę opulētięq; euecta eſt:ꝑpter cōcordiā:vt Babylō vocetur a Pe
Roma. tro apoſtolo.1.Pe.5.Regnū autē Romanum aliquādo ad decē viratum:aliquādo ad triū viratū,aliquā-
do & ad duum viratū deuolutum eſt,ſed parū ſtetit,quia omne regnū diuiſum deſolabitur. Non enim
vel in initio ſuo a duobus fratribus regi ſuſtinuit:ſed fraterno cruore fundamēta vrbis iacta ſunt.Ita di
Alexander xit Alexāder Dario imperatori oriētis.Nec cœlum ſuſtinere pōt duos ſoles,nec orbis duos imperatores
Ab initio quidē cum Nerua primus aliiq; poſtea ſimili exēplo ducti, ſibi conſortem imperij delegiſſent
duo interdū principes eodē tēpore extitere,qui ſe Romanorū nuncupabāt imperatores. Poſtea vero ꝙ
Cōſtātinus relicta Roma ad oriētem deſcēdit,factum cōſuetudine eſt,vt diuiſim illud Oriētis,hoc occi- F
dētis impium diceretur,Fęde deinde vaſtātibus Italiā Barbaris tēpore Odoacri Tociiingorum Regis ꝗ
Auguſtulū bello ſuperauit,ſublatū impium,tercētum & triginta annis in occidēti ceſſauit vſq; videli
Carolus. cet ad Carolū Magnū:quem a Leone pōtifice impatorē legimus appellatū.Cum autē impatoria dig-
Imperium nitas apud priſcos Romanos lōge inferior regia dignitate fuerit, merito quęritur: cur deinde impatoriū
nomē in tāto precio habitum ſit.Diceretur forte,ꝙ cum illi qui reipublicę Romanę totiq; pene orbi do
minabātur,ſe nuncuparēt impatores,forte poſteri credidere:ſicuti illi potētia cęteros ante ibāt, ſic etiā
nomē quo vtebātur reliquis oibus pręferēdum eſſe.Nec tamē dicimus,regnū diuiſum eſſe quādo a mul-
tis regitur,quia & manus nō ideo minus apta eſt labori & neceſſarijs opis,quia indigitos diſtributa eſt
ſicut videre eſt in illis.70/ſenibus qui dati ſunt Moſi in ſubleuationē oneris.Nume.Cap.11.Sed regnum
Demara- illud diuiſum dicitur,quādo quot capita ſunt in eo,tot ſunt & ſentētię vel opiniones. Quomodo dixit
chus. Demarachus Corinthus Philippo regi percōtāti, quo nā modo Gręci mutuā inter ſe agerēt cōcordiam
Tua minimū inter eſt inquit Philippe Gręcię curā ſuſcipere,qui tot diſcordijs atq; calamitatibus pro- G
Pſal.132 priā cumulaſti regiā,De vnitate autē ita dicit ꝓpheta.O ꝙ bonū & iocundum habitare fratres in vnū
Canti.4. arcā Noe.Geneſ.7.Sicut fragmē inquit mali punici labia tua.Quot enim vides per orbē ordinata colle
gia aut Cęnobia habitare in vnū:tot intellige mala punica,quę ex horto illo allata noſcuntur, in quo
Actuū. 4. erat cor vnum & anima vna.Omne autē regnum/ciuitas/domus,aut cōgregatio etiā ſi ſit angelorum
1.Cor.1 in qua ſonuerint voces ille,ego ſum chriſti:ego luciferi( Apoc.Cap.12.Vide)Ego Pauli,ego autē Ce-
phę nō diu ſtabit.Quod ſi regnū quod multorum cōſilio fulcitur:multorū armis munitur: ſemel tamen
ingreſſa diſcordia:diu ſtare nō poteſt,niſi diſcordię auctores cito tollatur e medio,ſicut patet in Abſa-
lone,2.Reg.18.Et Seba.2.Re.19.Regnum dęmonū quomō ſubſiſtere putamus diu poſſe, ſi dęmones cō
tra dęmones pugnāt,qui nō prudētia & cōſilio in rebus gerēdis ſed furore ducūtur:in omne malū pręci
pites?Nunc autē a deo cōcordes ſunt intuendo regno ſuo quod tyranide parauerūt,vt legio integra dę-
Marci.5. monū ſumma cōcordia intra caſtrū vnum toti vigiles ꝑſtēt.Qui ſi forte fortuna electus fuerit vel vnus H
ſeptē qua data porta reuertūtur.Certę ſi dęmō inimicus eſt dęmoni,deberet iā venire mundi cōſumma-
tio.Nec enim haberēt in eo locū cōtrarię poteſtates,quarū inter ſe bellum & pax hominū eſt.Nūc autē
cum tot bella quoquo verſum pullulēt:vētis quattuor cōturbātibus hoc mare magnum:regib⁹ interim
hydrā impugnātibus ſed fruſtra,quomō putamus dęmonas cōtra ſe pugnare? Quomō inquit dicitis in
ꝑncipe dęmonū eijcere me dæmones?Vnde ergo illud: Adora corā me:& tua erūt oīa hecꝗ cernis? Lu.4
Si autē in Beelzebub eijcio dęmonia:filij veſtri in quo eijciūt? Ideo ipſi iudices veſ-
tri erunt.1.q.1.c.Eos/ſecunda ratio.Si inquit hoc vobis ſuggerit odium quo in me ferimini,me opera
& adiutorio dęmonis dęmones ab obſeſſis pellere:hi iuuenes diſcipuli mei, filij itē veſtri: quos vidiſtis
itidē factitātes,cui⁹ ope,quo vel deo vel homine vel dęmone vel Theſęo inuocato,dæmones expellūt?
Certe nomine meo:dicēte Luca:in nomine tuo etiā dęmones ſubijciūtur nobis,ideoq; his iudicibus cō-
Hilarius dēnabitur incredulitas veſtra.Hilarius.Digne in illos iudices cōſtituti ſunt,quibus id dediſſe poteſtatis I
Chryſoſt. Chriſtus aduerſus dęmones reperitur,quod ipſe negatus eſt habuiſſe.Sed iudęi iuſta Chryſoſtomū non
Origenes8 rem ipſam ideſt expulſionē dęmonū,ſed pſonā perſequebātur. Ad hec Origenes ſup Num,22.Primo oī-
um fatēdum eſt,in quibuſdā plus poſſe & plus valere verba ꝙ corpora.Quia quod exercitus multarum
gētium nequiret efficere/quod ferro & armis nō poſſet obtineri,hoc verbis efficitur, & nō dico ſanctis
verbis,ſed verbis quibuſdā quę inter homines habētur,quę quomō nominē neſcio,ſunt tamē inutili ar-
te cōpoſita,cuius artis vocabulum illud eſt, quod vnicuiq; appellare libuerit.Certe incātatores ægypti
Exo.7 virgā in ſerpētē verterūt verbis,quod tamē nulla fortitudo vel gētis exercitus facere potuiſſet,vel aquā
in ſanguinem vertere, Veruntamē virgā in ſerpētem verſam in virgā rurſus vertere nō potuerunt,itidē
de aqua in ſanguinē verſa.Balaā igitur famoſiſſimus erat in arte magica, & in carminibus noxijs pręꝑ-
Balaam potēs,ſed ad malum nō ad bonum.Et ideo quaſi expertus in talibus,in opinione erat oībus qui erant
in oriēte.Niſi enim experimēta eius plurima pręceſſiſſent,ꝙ frequēter hoſtem maledictis vertiſſet arma
tum,nō vtiq; pręſumpſiſſet rex Balach,hoc poſſe fieri ſermonibus, quod ferro & acie vix poſſet imple K
ri.Certus ergo Balach de hoc,& frequēter exꝑtus,omiſſis oībus quę ad apparatū pertinēt belli,mittit
ad eum legatos dicēs,ecce populus exiuit de ægypo &c.Sed & amplius aliquid puto ꝙ mouerit regem.
Videtur enim audiſſe ꝙ filij Iſrael hoſtes vincerēt oratione nō armis;nec tam ferro ꝙ precibus,ſicut ex-
preſſe habes Exo.17.Et dixit Moab ad ſeniores Madian.Hunc ablinget ſynagoga. Hec omnes qui in
circuitu modo ſunt:ſicut ablingit vitulus herbā campi.Aiebat ſuper hoc hębreus quidā ex ijs qui credi-
derāt.Cur inquit tali exēplo vſus eſt?Quia ſicut vitulus ore herbā abrūpit de campo: ita & populus hic
quaſi vitulus ore & labijs pugnat,& arma habet in pręcibus.Habet igitur ſciēs Balach,mittit ad Balaā
vt & ipſe deferat verba verbis cōtraria & pręcibus pręces.Nec mireris ſi eſt in arte magica tale aliquid.
Eſſe enim

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Eſſe enim hanc artem deſignat ſcriptura: ſed vti ea prohibet. Vnde ſaluator ſciens ꝙ verum eſt ꝙ prin-
ceps quidem Dæmoniorum Beelzebub ſit, in hoc non redarguit Phariſęos mendatij, ſed reſpondit eis,
ſi ego in Beelzebub & Cętera. Vnde conſtat eſſe quoſdam Dæmones malos, qui inuocati a Magis,
ad ſunt eis ad malum non ad bonum. Hucuſq; Origenes. Quod ſi ad malum adſunt tantum, expulſio Origenes.
autem Dæmonis ab homine opus bonum eſt, ergo opus illud non ope Satanę ſed virtute Dei factum
eſt. Vide in legenda ſancti Cipriani, & alibi. Quod autem dicit ſanctus Thomas. 1. Quęſtione. 60. Ar- S. Thom.
tic. 10. Ad tertium. Exorziſmi Salomonis non habebant virtutem Dei contra Dæmones, niſi eos fece-
rit in gratia: quęritur primum cum bona venia eius, vnde conſtat adiurationes illas fuiſſe Salomonis?
Aut nunquid gratia erat ſubiectiue in illis verbis: Vel quomodo tandiu in vſu fuerunt, ſi nihil profue-
A runt? Vel quomodo Salomon conferre potuit eam gratiam verbis ſuis, cum etiam verba ſacramen-
talia nihil operentur, ſi deſit intentio. Certe oppoſitum aſſerit hic Origenes. Nec enim virtute verbis in-
herente operantur Magi quicquid operantur, ſed potentia Dæmonum, qui inuocati aſſiſtunt, ſi permi-
ttantur a Deo. Nec timuit Angelus (vt ita dixerim) qui occurrit Balaamo eunti vt malediceret Popu-
lo verba prophetę veſani, quia potuit Angelus verbis opponere verba, per timuit vero ne permitten-
te Deo, verbis ſuis inuocaret Dæmonum tria cornua, ſicut legimus in Iob, & hi pugnarent contra Iſ- Iob. 1.
rael, ideoq; dixit, peruerſa eſt via tua, mihiq; contraria. Nec enim Angeli mali tantum pugnant con- Apoca. 12.
tra bonos, ſed & boni contra bonos, diſcordia admodum concordi, Daniel. Capite. 10. Porro ſi in di
gito Dei/iuxta Lucam,/Matthęus: ſi in ſpiritu Dei eijcio dęmonia, profecto peruenit in
vos regnum dei. In vos id eſt ad vos. Hieronymus: Iſte eſt digitus quem confitentur magi: Exod. 8. Hieroni mo
B Quo & tabulę lapideę exaratę ſunt. Si igitur manus & brachium patris filius eſt, & digitus eius ſpiri- Exo. 31.
tus ſanctus: (nam Matthęus pro digito Dei ſpiritum Dei poſuit) Patris & filij & ſpiritus ſancti vna
ſubſtantia eſt: non te ſcandalizat membrorum inęqualitas: cum ędificet vnitas corporis. Quid eſt autē
quod conſequitur, ſi potentia Dei patris non autem inuocatione alicuius Dęmonis Dæmones expe-
llo? Nempe illud, ad eſſe iam regnum Dei: quod eſt vel Dominus noſter Chriſtus ipſe, vel illud quod Io Matth. 3
annes predicauit, hoc eſt legem Euangelicam, & ſtatum eum ac viuendi ordinem quem Meſſias poſi-
turus erat in orbe, lege abolita Moſi. Regnum quod prophetę prędixerunt venturum. Et apte contra
Regnum Diaboli quod deſolandum dixit e regione infert Regnum Dei, ex hoc ꝙ in digito Dei dæmo-
nes pellebat. Vnde illud ex propheta. Poſt dies illos dicit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, dabo legem
meam (meam inquit) in viſceribus eorum, non in lapideis tabulis, & in corde eorum ſcribam eam. Quo Ioan. 8.
ſtillo quo ve calamo? Non ferreo, non Angeli manu, ſed ego adero: & inclinatus ſcribam in terra. Adeſt Eſai. 32
C igitur Regnum eius, de quo Daniel. Capit. 7. Huius tanta eſt potentia, vt vel vnus digitus eius poten- Iob. 41.
tior ſit ad ſeruandum genus humanum ꝙ vniuerſę Beelzebub copię ad perdendum, ſit licet nulla in te- Exo. 8.
rra poteſtas quę comparetur ei. Quod autem Magi dixerunt in tertio ſigno/digitus dei eſt hic, hunc ha-
bet ſenſum. Virtus eſt vel efficacia alicuius ſpiritus ſuperioris: per quam Moſes & Aaron operantur,
quę manifeſtatur in hoc tertio ſigno, prohibendo potentiam eius in cuius virtute nos fecimus primum
& ſecundum ſignum, ne producamus cinipes vel ſciniphes, (& ſunt pediculi lingua Hebręa) qui aquam
in ſanguinem vertimus: & fecimus ranas. Vere vel apparenter, Hoc igitur modo phariſęi opinabantur
Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum virtute principis Dæmonum cęteros qui virtute & potentia in-
feriores erant expellere. Sequitur. Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt
omnia quę poſſidet. Si autem fortior eo ſuperueniens: vicerit eum, vniuerſa arma
ei⁹ auferet in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtribuet. Matthęus ita. Aut quomo-
D do poteſt quiſq; intrare in domum fortis: & vaſa eius diripere: niſi prius alligauerit
fortem? Et tunc domum illius diripiet. Idem Marcus dicit. Vniuerſa arma Grece eſt Τὴν
πανοπλίαν, ten panoplian, qua voce Gręci ſignificat quicquid ad iuſtum apparatum armati viri per-
tinet. Nec dicit auferet: ſed aufert αἴρει & diſtribuit: Διαδίδωσιν, Diadidoſin pręſentis temporis: nec
enim prędicit quod futurum ſit, ſed quod fieri ſoleat proponit: ſimilitudinem conferens. Oſten-
dit autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus hac ſimilitudine illud Pauli. 2. Corint. 6. Nolite iugum
ducere cum infidelibus/refugiſq; ſpiritibus. Quę enim participatio lucis ad tenebras, Domini noſtri
Ieſu Chriſti cum Belial? Pugnant ex diametro, & ſunt primo diuerſi. Venit Dominus noſter Ieſus 1. Ioan. 3.
Chriſtus in hunc mundum: vt diſſoluat opera Diaboli. Itaq; futurum eſt hic quod inter duos duces
ſtrenuos ſolet accidere (Dauid videlicet verbi gratia & Goliath) quibus omīs fiducia non in verbis
ſit ſed in robore & armis. Horum alter quum multis copijs munitus & omni apparatu bellico/
cuſtodit arcem ſuam, in pace videntur eſſe ſua omnia, quia nullum ſe potentiorem opinatur.
E Si autem alter eo fortior ſuperueniens, confertis ſignis illum vicerit, nullo cum eo fędere icto: fiet
quod dicit textus. Vide ad litteram primum caput hiſtorię Iudith in principio. Ad hec Chryſo- Chryſoſt.
ſtomus. Nunq; ergo debemus eſſe ſecuri. Aduerſarius enim noſter, fortis victoris quoq; voci-
bus comprobatur. Sed fortitudo Tyranidis [illegible] ex noſtra deſidia vires acquirit indies. Cęterum
ante Domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum erat fortis iſte violentia [illegible] attrahens & rapiens alie-
nos greges ad antrum ſuum, dicente Iacob, deſcendam lugens in infernum [illegible] rurſus. Quis eſt ho Geneſ. 37
mo qui viuet: & non videbit Mortem, eruet animam ſuam de manu inferi. Pſal. 88. q. d. Nullus: quia Hercules
oēs morimur. 2. Re. 14. Legimus de Cyclope quodā qui boues Herculis per caudas pertraxit in antrū
ſuum, inuerſis veſtigijs vt lateret furtum. Experrectus Hercules, cacum interrogat. Namquā-
[illegible] eſſet veſtigijs earum deceptus ſcrutandum tamen ſibi locum putabat, vt certior de hac refieret.

Z

Verum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Verum ſtante ante oſtium caco, neq; ſe vidiſſe reſpondente: neq; petente ſibi ſcrutandum antrum per-
mittente: ac vicinos implorante, quaſi indigna pateretur ab hoſpite, anceps erat Hercules. Subijt autē
animum, vt armētum omne prope ſpeluncam ageret. Vſq; conſuetam vocem & odorem ſenſerunt quę
intus ſtabant boues, mugitu reſponderunt exterioribus, eſtq; facta vox earum furti accuſatrix.
Cacum ergo claua percuſſum ſuſtulit: & boues eduxit, ſpelūcam euertit: & ſuper eum iecit. Attamē &
ipſe boues a Gerione per vim rapuerat. Habes fortem victum & occiſum, & ablata ſpolia, euerſum a-
trium ſiue antrum, de quo Zacharię Cap̄. 9. In ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos tuos de Lacu.
Chryſoſt. Chryſoſtom. Cępit regnum cœlorum vim pati ad prędicationem Chriſti: qui ad libertatem omnes vo-
Matt. 11. cabat, qui preſſi iugo ferreo ægypti laborabant in luto & lateribus, & ea propter diabolus vehemen-
1. Cor. 16. ter reſiſtebat poſtq; plures iam a ſe videret deficere. Nuſq; enim fortis iſte iritatur grauius, q̃ cum ſuo- F
Ceruus rum inſtrumentorum multa eripi ſibi videt. Quomodo dixit apoſtolus: oſtium mihi apertum eſt mag-
num, & aduerſarij multi. Hinnulus dixit aliquando ceruo. Pater tu maior & celerior canib⁹: & cornua
pręterea ingentia geſtas: cur nam ergo eos ſic times? Et ille ridens ait. Vera quidem hęc inquis fili. Vnum
Gene. 49 vero ſcio, ꝙ cum canis latratum audiero, ſtatim ad fugam neſcio quomodo efferor. Natura enim timidi
Pſal. 77. nulla admonitione fortificatur. Vicit enim leo de tribu Iuda, qui ad prędam aſcenderat crucem, &
excitatus a crapula horarum ferme quadraginta (guſtauit enim fel ſed noluit bibere, Matt. 27) Percuſſit
inimicos ſuos in poſteriora, obprobriū ſempiternū dedit illis. Quorum vox eſt, vę nobis, quia non erat
heri tanta exultatio in iſrael. 1. Regū. 4. Nos igitur qui ſpolia fuimus olim fortis huius, gratias agamus
victori mortis, qui morte ſua vincula noſtra dirupit. Ita Dauid occiſo philiſtęo, gladium eius dedicauit
templo, in quo ille cōfidebat. Huiuſmodi gladius erat Saulus in manu Satanę, in manu autem dei vas
electiſſimum: Actu. ca. 9. Sic Auguſtinus: ſic Ciprianus ſic mulier quę erat in ciuitate famoſa peccatrix. G
Luce. Cap̄. 7. Sic Zacchęus Luce. Cap̄. 19. Sic Matthęus publicanus. Matth. Cap̄. 9. De hoc Zacharias
Cap̄. 14. In illa die erit quod ſuper frenum equi eſt ſanctū Domino, & erunt lebetes in domo domini no
ſtri Ieſu Chriſti quaſi phialę coram altari. Vaſa profanis vſibus dedicata in domo Balthaſar, reſtituen-
Dani. 5. tur in templum dei vnde ablata fuerant. 4. Reg. Cap̄. 25. Sic ex lebetibus & vaſis contumelię: fient phia
Hierony. lę quibus libetur domino noſtro Ieſu Chriſto. Hieronymus. Tempore ſolemnitatis perpetuę & pacis
eccleſię, deuicto forti & pacatis omnibus atq; tranquillis nequaq; opus erit equitatu, ſed omnis orna-
tus & decor phalerarum ad cultum Domini noſtri Ieſu Chriſti conferetur. Et erunt lebetes & Cętera.
Per éa quę in templo erant Salomonis vaſa videlicet aurea & argentea, metaphorice exponit illa quę
Hierem. 18 ad cultum dei pertinent in eccleſia dei viuentis, in qua ſunt vaſa electiſſima ſicut Paulus. Actu. 9. cap.
Quę olim lignea erant vel teſtacea ſed poſita in manu ſua figulus reformauit ſicut placuit in oculis ſuis H
4 Ratio. Qui non eſt mecum: contra me eſt: & qui non colligit mecum diſpergit. Hec inquit
Deut. 30. cum ita ſe habeant, veſtra refert liberi enim eſtis (quibus dicitur: conſidera ꝙ hodie propoſuerim in con-
Matth. 6. ſpectu tuo vitam & bonum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, e contrario autem mortem & ma-
lum, elige ergo vitam, vt & tu viuas & ſemen tuum) cuius arma capeſſere, cuius ꝗ militię aſcribi ve-
litis. Siquidem his duobus dominis nemo poteſt ſeruire ſimul. In alter vtrius caſtris pugnandum eſt vo-
bis. Claudicare non licet vtroq; inguine. 3. Reg. Cap̄. 18. Nec duobus ſedere ſellis. Qui cum Domino no
ſtro Ieſu Chriſto non eſt, antichriſtus eſt. Duabus autem ſedere ſellis eſt incertarum eſſe partium & an-
cipite fide ambabus ſatiſfacere velle. Laberius Mimus in ſenatum a Cęſare lectus, cum a Cicerone ad
conſeſſum non reciperetur: dicente, reciperem te, niſi anguſte ſederemus, nimis mordaciter reſpondit, at
qui ſolebas duabus ſellis ſedere: obijciens tanto viro lubricum fidei. Sed quod Cicero dixit, ſcoma erat
in Ceſarem, qui in ſenatu paſſim tam multos admittebat, vt eos quattuor decem gradus capere non
poſſent. Et cum omnium conſenſu turpiſſimum ſit cum vtraq; parte colludere, Solon nihilominus le- I
gem tulit, qua punirentur hi qui in ciuitatis tumultu neutri parti adhęſiſſent. Qui voluerit eſſe amicus
Titum. 1 Cęſaris: inimicus dei conſtituetur. Iacobi. Cap̄. 4. Confitentur enim multi antichriſti Deum ore, factis
Roma. 6. autem negant. Hieronymus. Recordare tyrocinij tui diem, quo Domino noſtro Ieſu Chriſto in bap-
Hierony. tiſmate conſepultus, in ſacramenti verba iuraſti. Dictantur enim verba ſolemnia imprimitur charac-
ter crucis adiuratur hoſtis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Satanas. Et vix vnum e mille inuenies, qui inqui
rat quid ſit illud quod in baptiſmo Domini Ieſu Chriſti ſit pollicitus tot cum execrationibus, abrenū-
tio, abrenuntio, abrenuntio. Tracta eſt autem hec forma ceremoniarum baptiſmi a veteribus militi-
bus. Nulli enim pugnare fas erat, niſi ſacramento militari adactis, nec licebat ex auctoratis in aciem
deſcendere. Signabantur punctis: dabant nomina, iurabant ſe ad omnia ducis imperata prę ſto futuros,
Milites. & nec mortem pro republica recuſaturos. Habes bonum ducem, qui pro grege ſuo mortem obijt. In
huius ſacramenta iuraſti, ſub huius vexillo militas; eſto fidelis vſq; ad mortem: dicens cum Paulo, bo- K
Apoca. 2 num certamen certaui (2. Timot. cap̄. 4.) & dabo tibi coronam vitę, quam Paulus vocat coronam iu-
ſticię, quia meritis datur cum gratia factis. Et qui non colligit mecum: diſpergit. Audi Ioannem. Hoc
dixit ſpiritus ſanctus quia Chriſtus moriturus erat, vt filios Dei qui per orbem diſperſi erant, congre-
garet in vnum. Et id vnū ipſe eſt, qui fecit vtraq; vnum, in vno enim conſummatur arca. Gene. 6. Vn-
Ioan. 11. de illud. O quo[illegible] volui congregare filios tuos ſub alis meis & noluiſti. Et vt filios ſuos congregaret
Matth. 23 in vnum, quos perdix p[illegible]tes diſgregarat a paſtore (Hiere. 17.) Leuauit dn̄s ſerpentē illum ęneum, in
ſignum. Et vt intelligas ꝙ non iudęos tantum erat congregaturus a quattuor plagis terre, leuabit in-
Num. 21. quit ſignū in nationib⁹, iuxta qđ ſcriptū eſt, poſt hęc vidi turbā magnā, quā dinumerare nemo poterat
Eſai. 11. ex oīb⁹ gētib⁹, ſtātes ante thronū ducis ſui, amicti ſtolis albis & palmę (victorię iſigne) i manib⁹ corū.
Apoca. 7 Qui autem

Fondo ... EL COLEGIO de JALISCO

Qui autem lupus eſt aut miluus rapere vult: dilacerare: diſpergere. Neq; vnq̃ ſaciãtur malis hominum lupi iſti: dicẽte ſpiritu ſancto. Infernus nunq̃ dicturus eſt, ſufficit. De hoc vide totum caput.34. Ezechi. Ideo dico vobis, omne peccatũ & blaſphemia remittetur hoĩbus, ſpiritus aũt blaſphemię nõ remittetur. Et quicũq; dixerit verbũ cõtra filium hominis: remittetur ei. Qui aũt dixerit cõtra ſpiritũ ſanctum: nõ remittetur ei neq; in hoc ſęculo neq; in futuro. Hoc iuxta Matthęũ. Marcus aũt dixit. Amẽ dico vobis, quoniã omnia dimittentur filijs hominũ peccata & blaſphemię quibus blaſphemauerũt. Qui autẽ blaſphemauerit in ſpiritũ ſanctũ: nõ habebit remiſſionẽ in ęternum, ſed reus erit ęterni delicti quoniã dicebãt: ſpũm immũdũ habet.

Prouer.30. Matt.12. 25. Diſtin. c. qualis.

A De peccato in ſpiritũ ſanctũ multi multa dixerunt, quę nõ ſunt pręter fidem nec cõtra, & fere quot capita eaq; nõ cõtemnenda imo grauis auctoritatis: tot ſententię. Nos aũt vnica expoſitione cõtẽti ſimus: eaq; eſt Hieronymi, Theophilati & Abulenſis. Audiamus primũ Hieronymũ ad Marcellam. Si enim de eo quod in euãgelio ſcribitur, quicũq; dixerit verbum & cętera, Nouatianus affirmat, nõ poſſe peccare in ſpiritũ ſanctum, niſi eũ qui chriſtianus ſit, & poſtea negauerit, manifeſtũ eſt iudęos qui eo tpe blaſphemabãt, peccato blaſphemię nõ teneri, quippe q̃ impij coloni interfectis prophetis, de nece dñi cogitabãt, & in tantũ erãt perditi, vt ad ſaluãdos eos, ſe dei filius veniſſe reſpõderit. Vnde de toto ipius ſcripturę ordine cõuincendus eſt, nõ his irremiſſibilem eſſe dictã blaſphemiã, qui tormentis cõpulſi, & varijs euiſcerati cruciatibus, dñm denegaſſent (id dicebat Nouatianus) ſed his qui cũ in virtutibus videãt opera dei: calũniantur & clamitant, dęmonis eſſe virtutem & omnia ſigna quę facta ſunt, nõ ad diuinã magnificentiam: ſed ad diabolum pertinere. Vnde & Dñs

Hieronim. Matth.15.

B toto reſpõſionis ſuę hoc agit argumento, vt doceat non poſſe ſatanam Eijci a ſatana, & regnũ eius non eſſe inter ſe diuiſum. Cum enim diaboli ſtudium ſit, dei lędere creaturam, quomodo eiuſdem poterit eſſe voluntatis ſanare languentes, & ſeipſum de obſeſſis fugari corporibus. Probet itaq; Nouatianus, aliquẽ de his q̃ ſacrificare cõpulſi ſunt ante tribunal iudicis, reſpõdiſſe, oĩa quę ĩ euãgelio ſcripta ſũt miracula nõ a filio dei, ſed a Belzebub principe dęmoniorũ fuiſſe effecta, & tũc poterit approbare irremiſſibilem in ſpiritum ſanctũ eſſe blaſphemiam. Vt aũt & acutius aliquid interrogemus: reſpõdeat quid ſit, cõtra filiũ hominis dicere, & in ſpiritum ſanctum blaſphemare. Ego quippe aſſero iuxta ſenſum Nouatiani, eos qui Chriſtum in perſecutione negauerint, contra filium hominis dixiſſe, & non in ſpiritũ ſanctum blaſphemaſſe. Qui enim interrogatur, an Chriſtianus ſit, & Chriſtianum ſe non eſſe reſponderit, vtiq; negando Chriſtum hoc eſt filium hominis, ſpiritui ſancto non facit iniuriam. Si autem Chriſtum negãdo negauit & ſpũm, ediſſerat hereticus: quomodo non peccet in ſpiritum: qui filium hominis denegauerit.

Pecatũ in S. ſanctũ.

C Aut ſi ſpiritum ſanctum hoc loco intelligendum patrem putat, patris nulla eſt a negatore mentio facta, cum negaret. Petrus eo tempore quo perterritus negauit, in filium hominis an in ſpiritum ſanctum videtur commiſiſſe peccatum? Si id quod ait: neſcio hominem, ridiculi voluerit interpretari: non Chriſtum eum negaſſe ſed hominem: mendacem facit ſaluatorem, qui ſe hoc eſt dei filium negandum eſſe prędixerat. Si autem negauit filium dei: vnde & amare fleuit, manifeſtum eſt peccatum in ſpiritum ſanctũ non poſſe dimitti, ꝙ habeat blaſphemiam, vt cum videas in virtutibus Deum, Beelzebub calũnieris in factis. Doceat igitur aliquem negatorem, Beelzebub vocaſſe Chriſtum: & vltro referam gradum, negatorem non poſſe veniam conſequi poſt ruinam. Aliud eſt enim tormentis credere, & ſe Chriſtianũ negare: aliud/Chriſtum Diabolum dicere. Hec ille. Abulenſis. Omne peccatum & blaſphemia remittetur: hoc eſt non imputabitur ei ad peccatum: quando in filium hominis ignoranter peccabãt, ideo de tali peccato non opus erat vt pęniteret. Quando autem in ſpiritum ſanctum peccabant, opera dei ſatanę attribuentes: non remittetur eis huiuſmodi blaſphemia, niſi digne pęniteant.

Luce.22. Matth.26. Abulenſis.

D Debet ergo intelligi ſic, ꝙ nullum ſit peccatum irremiſſibile, pęnitentia condigna ſubſequente. Sed peccatum in Dominum Chriſtum vt in hominem quaſi qui homo tantum eſſet, quia erat ex ignorantia inuẽcibili (vt nunc ſupponimus) pęnitentia non indigebat. Theophylatus. Eſt autem intelligẽdum, ꝙ qui blaſphemauerint in Spiritum ſanctum, veniam non conſequentur, niſi pęniteant. Cum vero in carne domini noſtri Ieſu Chriſti ſcandalizabantur: quia conuerſabatur inter peccatores: manducabat, bibebat, atq; cętera (Honeſta tamen) faciebat more filij hominis, cum viderentur rationabiliter offendi, aliquid excuſationis habebant, & remiſſionis aliquid conſequebantur, maxime vt ego arbitror qui zelo legis ducti: licet non iuxta ſcientiam: odio ferebantur in eum perfecto (Pſalmus cap.158.) Hoc eſt non perſonam oderant, ſed id quod prima fronte (vt dicunt) vitij ſpeciem prę ſe ferebat. Athanaſius. Quandiu ad humana ſpectantes: mente claudicabant: dicentes: nonne hic carpentarij eſt filius: Marci.6, Suſtinebat eos, tanq̃ in filium hominis peccantes. Sed quando magis inſaniunt dicentes opera dei eſſe Beelzebub, non amplius eos ſuſtinuit.

Theophil. Roma.10. athanaſi.

E Sic enim & patres eorum ſuſtinebat: quandiu cauſa panis & aquę murmurabant; ſed poſtq̃ vitulum conflantes: in eum collata ſibi diuinitus beneficia referunt, puniti ſunt, primum quidem non paucis eorum occiſis: tum & dicente domino: ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum, Itaq; vtraq; blaſphemia contra dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſt ſed illa minor cum vocatur faber & fabri filius, & vinipotor, & vorax homo: hec maior cum dicunt, ſpiritum immundum habet. Hec ille. Quod autem Hieronymus videtur negare pęnitentiam negatoribus domini noſtri Ieſu Chriſti, quiq; eum vocauerunt Beelzebub: ſemper intelligendum eſt: ſi digne non pęniteat. Auguſtinus ita dicit. Non remitetur neq; in futuro & cętera. Quod non diceretur: niſi eſſent quibus & ſi non in iſto, tamẽ remitterentur in futuro. Ex quo loco maxime purgatorium ponitur ab Auguſtino. Dicit autẽ idẽ Auguſ. in libro de correctione donatiſtarũ omẽ peccatũ in ſpũm ſctũm eſt irremiſſibile: ſed illud tãtũ vſ; duri. ia cordis,

Exo.32. Auguſti.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

cordis?vſq; ad finem vitę:qua hō recuſat in vnitate corpis Chriſti q̄d viuificat ſpūs ſanctus remiſſionē
accipe peccatorū. Hoc peccatū non ꝓbatur ab aliq̄ eſſe cōmiſſum, niſi cum de corpore exierit. Quādiu
Roma.2 vero hic viuit:eum ſicut dicit Apoſtolus. Patientia dei ad pęnitenciam adducit. Sed ſi homo ſecundum
duritiam ſuam & cor impęnitens theſaurizat ſibi iram quandiu viuit, nō remittetur ei neq; hic neq; in
futuro. Hec ſentencia vera quidem eſt, verum de hoc textus euangelicus nihil hoc loco dicit. Nec video
quare finalis impenitentia ſit magis peccatum in ſpiritum ſanctum niſi per ap‚ppriationē, q̄ in patrem
vel in filium. Semper igitur verum eſt illud, quoties peccauerit frater tuus, & pęnituerit, dimitte ei vſq;
ſeptuagies ſepties. Matth.18. Siue peccatum habeat ad iunctam blaſphemiam ſiue non. Et patet.

## Caput.x. De arbore frugi & putri de verbo ocioſo de ſigno Ionę qui a ceto voratus eſt. De regina Auſtri q̄ in iuditio cōdēnabit generationē iudęorū, ſimul & niniuitę q penitētiā egerūt p̄dicante Iona triduo. F

AVt facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite ar-
borem malam, & fructum ei⁹ malum. Siquidem ex fructu arbor
agnoſcitur. Hieronymus. Syllogiſmo ineuitabili impetūtur, & qui vtroq; ſe
rit cornu. Si diabolus malus eſt bona opa facere nō poteſt. Si aūt bona ſunt quę
facta cernitis, conſequitur vt non ſit diabolus qui ea facit. Iſti ſunt quos vates eo
Eſai.5. rum tanto ante tempore digito notauit dicens. Vę qui dicitis malum bonum/&c̄.
Dicet aliquis. Nonne multa miracula facta ſunt opera dæmonum: & ſicut ſcrip-
tum eſt Matth.24. Surgent pſeudo Chriſti, & dabunt ſigna magna & prodigia G
Velſient & a deo magna, vt in errorem inducantur etiam electi? Si fieri poſſet. Ita eſt, in-
tereſt tamen, q̄ illa facta ſunt & ad oſtentationem, ad quęſtum, ad ſeducendos electos, ad retinendos
impios in errore ſuo: miracula autem Chriſti facta ſunt ad ſubleuandas miſerias hominum, ad exaltā-
dam gloriam dei, ad elidendam Satanę tyranidem, & ad bene merendum de rationali creatura. Siquidē
Gala.5. ex fructu cognoſcitur arbor. Ex arbore maligna diabolo videlicet quos fructus expectes nō video prę-
ter q̄ quod dicit Paulus, manifeſta ſunt opera carnis, fornicatio videlicet: idolorum cultus, blaſphemię
& multa id genus, mare videlicet vnum malorum plenum. Eodem aūt loco ponit Paulus fructus ar-
1.Ioan.4 boris vitę, quorum primus charitas eſt mater virtutū, & deus charitas. Veruntamē ex vobis ipis ſumi-
te argumentum, qui reuera in moribus & in verbis prę vobis fertis amaritudinem quam contraxiſtis a
radice parentum veſtrorum. Hanc eādem ſententiam ponit Lucas cap̄.6. De qua dictū eſt Matt. Ca.7.
Progenies viperarum quomodo poteſtis bona loqui: cum ſitis mali? Ex abundācia H
enim cordis os loquitur. Videtur autem dominus his verbis oblique in iudęos torſiſſe illud vete-
Prouerbiū ris prouerbij: nunq̄ efficies vt recte ingrediantur cancri. Nam cancris genuinum eſt obliq; ingredi. Pri⁹
Ezech.16. lupus ouem ducat vxorem. Quale enim lac ſuxiſtis a matre veſtra Cethęa, qualeſq; mores imbibiſtis a
patre veſtro Amorręo, verba veſtra venenata teſtantur (ſiquidem & a Ioāne progenies vocantur vi-
parum: Luc.3) Nō vobis diua parens (Saram intellige) Abrahā nec generis auctor: perfidi/ſed duris ge-
nuit vos cautibus horrens caucaſus, hircanię q; admorant vbera Tigres. Nam cum lacte mutari pilum
Romulus Plinius auctor eſt. Romulus & Remus a lupa nutriti (ſit fera vel fęmina nō refert) fuerint licet deo vel
homine ſati, matre vero ſanguine nata Regio, tamē mutauerunt cum lacte mores. Siquidem & ſcythę
fęminę mām̄arum papillas ſanguine hericio circūlinunt, vt pueri robuſtiores & ferociores euadāt. Vos
igitur filij parentum nequam, viperarum, cancrorum ſcorpionum, quomodo poteſtis bona ructare, cū
Chriſoſt. pleni ſitis aceto veteris legis? Et ſicut dicit Chryſoſto. Vere deteriora reſidebant in viſceribus eorum, quę I
Ioan.8. aliquando eructauerunt dicentes. Non hunc ſed Barrabam, Ioan.18. Samaritanus eſt: Dæmonium ha-
Origenes. bet/& cętera. Ad hec Origenes. Ex his quę Dominus noſter dicit hoc loco poteſt ita occurri & dici.
Roma.11. Quomodo ſaluator bonam dicit arborem & malam, & hunc ſequutus Apoſtolus, oliuam ponit &
oleaſtrum, cum vna ſit omnium rationabilium creaturarum natura, & ad ſalutem equaliter habilis, &
ad perditionem, ſi negligat. Videtur enim Dominus Ieſus Chriſtus oppoſſitum aſſerere, cum alios dicit
arbores malas, alios bonas: alios oleaſtros: alios oliuas. Ad hec dicimus. Sicut omnis materia corpora-
lis: cum ſine dubio vnius naturę ſit per accidentes ſibi qualitates diuerſas ſpecies profert vel corporū vel
arborum, ita & cum omnium rationabilium vna natura ſit arbitrij ęqualiter libertate donata. vnius
cuius ꝑ proprij motus ex arbitrij poteſtate prolati: vel ad virtutem vel ad vicia ſubiectam ſibi animam
perducentes, vel in bonę eam vel in malę arboris format ſpeciem, vt vocetur oleaſter vel oliua: arbor
fructifera vel ſterilis, & hoc eſt quod Dominus Chriſtus dixit, aut facite arborem/& cętera. Per quod K
oſtenditur arborem bonam vel malam non naſci ſed fieri: ſi de homine intelligas. Poteſt & illud dici, q̄
quanta eſt differentia in arboribus tanta eſt in hominum moribus. Quędam arbores nunq̄ ſentiunt ca
riem ſicut cedrus: ſpina alba, quędam breui putreſcunt. Quędam ſemper virent ſicut oliua palma: myr-
tus, citria; alię arbores vere, tantum comam faciunt. Quędam ſteriles ſunt quędam fructum cum
flore continent [illegible] malus citrea, & eodem modo intelligere poſſumus de creatura rationali. So-
Luce.3 [illegible] ſas rationabilium arborum differentias. Tu autem memento verbi il-
lius autem Dei eſt non [illegible] em arboris ſterilis poſita eſt, ita ꝑ vt fieri non poteſt vt arbor agreſtis fru-
lius, iam ſecuris ad radic[illegible]em arbor venenati ſucci poma ferat ſalubria, ita vos nō poteſtis bene loq̄ cū ſitis ma
ctus proferat mites, vt arbor venenati ſucci poma ferat ſalubria, ita vos nō poteſtis bene loq cū ſitis ma
li. Quia ſicut ex ſucco radicis fructus trahit ſaporē, ita ex eo q̄d cōditū eſt in corde naſcitur oro, q̄a &
bonus

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

Bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona, & malus homo de malo theſau-
ro ſuo profet mala. Auguſtinus. Vnde ergo dictum eſt vidit deus cuncta quę fecerat & erant valde Auguſti.
bona: Res ergo mira cōficit, vt q̄a oīs natura in quātū natura: bona eſt, nihil aliud dici videat cū vicio-
ſa nata mala eſſe nata dicit, niſi malū eſſe q̄d bonū eſt. Nō em̄ pōt eſſe malū niſi ali q̄d bonū. Quod cū
dici videatur abſurde, cōnexio tamē rationis huius velut ineuitabiliter nos cōpellit hoc dicere. Et cauē- Eſai. 5.
dum eſt ne incidamus in illam ſentētiam, vę illis, qui dicūt malum bonū. Sed cū dicitur, bonus homo de
theſauro ſuo & malus de ſuo ꝓferunt bona vel mala, ideo ſic proferūt, quia bonus ſeruat bonū quod in
illo creauit deus idest imaginē & ſimilitudinem ſuam: malus autē cōuerſus eſt in amaritudinē vitis alie-
nę. Nō enim ideo malus eſt hō, quia homo, nec ideo malū quia homo. Qui enim dicit hoiem iniquū Hierem. 2.
quia homo eſt, opus dei culpat. Qui autē vicium laudat, ipſe dicit bonum malum, & vę ei qui ita dicit.
A Eſai. 5. Dico autē vobis q̄ omne verbū ocioſum, quod loquuti fuerint hoīes: reddent
rationē de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis & ex verbis tuis con
dēnaberis. 22. q. 5, Cap. Quoties. 23. q. 4. c, quęſitum. Quę ſentētia illi repugnare videtur, nō omnis q̄ Matth. 7.
dicit mihi dn̄e dn̄e intrabit in regnū cœlorum, ſed qui fecerit voluntatē patris mei. Nam quādo iuſtificā 1. Cor. 13.
dum iri putamus quēq̄ ex verbis nudis, quādo fides virtutū radix, Prophetia & martyriū ſine charitate
mortui ſunt: nihil ſunt: Eſt ergo ſenſus. Cogitationes nociuę & peſtilētes ſoli cogitāti nocere poſſunt. At
ſermo venenatus qui iuxta Paulū ſerpit vt cācer morbus (2. Timo. 2.) Venenū ſuum niſi cito occurratur
trāſfert in multos. Si de verbis ocioſis reddemus rōnem, quāto magis de blaſphemia. &c. Vide hiſtoriam
2. Reg. Cap. 19. In principio itaq̄ ſenſus eſt. Si verba tua bona fuerint & ꝓximis vtilia, ex illis nō cōdē-
naberis, quādo reddes rationē de omni verbo ocioſo. Et eſt ſentētia hęc ſimilis illi, dedi eis pręcepta, quę
B faciens homo, viuet in eis. Itaq̄ de verbis nociuis ac cācerofis ſermonibus poteſt homo condemnari: etiā Eze. 20.
nullis adiunctis malis opibus, iuſtificari aūt ex bonis verbis eū cuius ſunt opa nefanda nō eſt poſſibile
dicente domino, qui ſoluerit vnum demandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines: minimus ideſt nu
llus vocabitur in regno cœlorū. Nō enim de verbis rationem exiget iudex. Cum venerit in maieſtate Matt. 5.
ſua, ſed de his ſigillati inquiret quę habentur Matth. Cap. 25. Hec expoſitio eſt Abulenſis. Ad hec Chri Abulenſis
ſoſtom9. Mirabile quidem dicere volo. Solet mihi non nunq̄ non tanto ſtudio magna videri peccata Chriſoſto.
eſſe, euitanda / quanto parua & vilia. Illa enim natura ipſa ſpōte auertitur: hec autem hac ipſa re q̄ par
ua ſunt, deſides reddunt, & dum contenuntur, no poteſt ad eorum expulſionem animus generoſe inſur-
gere: vnde cito ex paruis maxima fiunt. Niſi enim Iudas prius pecuniam pauperum ſurriperet, non poſt
dominum ſuum auaritię morbo gliſcente vendidiſſet. Sic fratres Ioſeph qui prius illi inuidebant, poſt
C vendiderunt. Et Herodes qui in caute iurauit (forte ex induſtria) & de regno ſuo poterat diſponere, ca- Ioan. 12.
put baptiſtę, loco regni donauit. Qui enim parua contenit, Paulatim decidet. Eccl. c. 19. Alexandro fre- Gen. 37.
quenter in officinam Apellis aduentanti, & multa imperite diſſerenti (quid enim Regibus cum penici- Marci. 6.
llis & coloribus pictorum! Silentium idem Apelles ſuadebat, rideri eum dicens a pueris, qui colores te- Apelles.
rerent. Iſte tam potens in armis, tam impotens erat linguę ſuę: vt a pueris derideretur. Ageſilaus prin- Ageſilaus
ceps nobilis cum aliquos laudantes vituperantes ve audiebat, non minus eorum qui dicerent, q̄ de qui-
bus diceretur mores expectandos eſſe aiebat. Sane Agatho abbas lapidem in ore trienium tuliſſe dicitur Agatho
vt tacere diſceret. Interrogatus deinde quid eſſet maximum ad dei faciens cultum, ſilentium inquit, inde
orationem. Dixit autem Eſaias: vę mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ſum. Tacuit enim quando
tempus erat loquendi, & arguēdi regem Oziam. 2. Paralip. 26. Felix tamen conſciencia inquit Hierony Eſai. 6.
mus: qui tantum in ſermone peccauit: non ſuo vitio ſed ſocietate populi habentis labia polluta, quo cū Hieronim
D ſępiſſime loqui cogatur. Ex quo oſtenditur noxium eſſe viuere cum pctōribus. Ad hec idem Hierony-
mus. Omne quod nō ędificat audientes, in periculum vertitur dicentium: obſerua tamen verbum aureū
Ambroſij (Vę enim mihi eſt, ſi nō euāgelizauero) videamus inqt ne & ꝓ ocioſo ſilētio redamur rationē Ambroſi9
Et hoc ruſus annotandum rem omnium leuiſſimam verbū videlicet (vt diuinus Plato) grauiſſima vin- Plato
dicanttum dijtum & homines inquit Plutarchus. Contra ſilentium vbiq̄ innoxium eſt. Pro inde Simo ſimonides
nides merito dixit: nunq̄ ſe pęnituiſſe q̄ tacuerit, q̄ loquutus eſſet ſępe. Cum aliquando in tonſtrina ſer Dionyſi9
mo eſſet de Dionyſio, diceretur q̄ Tyranidem illius adamantinam eſſe & in expugnabilem: ridens ton Plutarch.
ſor: hoc cine inquit loqui vos de Dionyſio, in cuius iugulo ego ſub inde teneo nouaculam. Quod dictū
ſimulatq̄ Dionyſius reſciſſet, Tonſorem in crucem ſuſtulit. Abſolutus eſt ergo iſte a reddenda ratione
de verbo ocioſo. Poſthumię Romanę fęminę riſus ſolutior, ac liberior cum viris confabulatio peperit
infamiam, ita vt inceſtus accuſaretur. Quanq̄ igitur compertum eſſet, illam a crimine abluiſſe, tamen Poſthumia.
E ſummus pontifex Sp. Minutius dimiſſam admonuit, ne inuerecundius loqueretur q̄ viueret. Hunc au-
tem locum de verbo ocioſo exponens Alexander Ales, ita dicit, peccata venialia non ſunt confitenda Alex. Ales
ex precepto. Delicta enim hec quis intelligit: Vel reddere rationem intelligitur ſuſtinentia pęnę. Vel dies
iudicij intelligitur omne tempus quo peccator intrat ſecum iudicium conſcientię, in quo ſeſe coarguit in
generali de verbis ocioſis, de q̄ alijs peccatis venialibus. Vel intelligitur de illis verbis quę ſunt annexa Cōfeſſio.
peccatis mortalibus. Poteſt ſimpliciter dici: q̄ a deo ad viuum exigetur a nobis ratio vitę noſtrę a iudi- Roma. 2.
ce: cuius ſolius iudicium eſt ſecundum veritatem: vt etiam minuta quę aliquādiu ſtate viluerunt
illic ꝓ actis cōputēt. Q̄d ſi de ocioſo v̄bo exigemur rōnē, q̄nto magis de blaſphemia i ſpūſſāctū: Nec
tā de9 ad v̄ba nuda reſpicit, ſed ad maliciā cordis obſtinati: vnde ceu ex fonte emanāt ſicut dictū eſt, ex
abūdātia cordis os loqt. Vnde illud. Laua a malicia cor tuū, Angerōa dea ſilētij romę colit, Harpocrates
apud Egyptios. Illa ore obſignato ille ori impoſito digito. Cōcludam9 cū Catone vticēſi: quē cū q̄dam Cato.
reprehē-



Uso Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

reprehēderet,diceretq́;improbant homines hanc taciturnitatem tuam,vt libet inquit:dum modo vitā nō
improbent.Et addidit. Ego vero tum demum hanc taciturnitatem meam abrumpam, cum talia dicere
valebo,quę nō ſint digna taciturnitate.Nec tamē iſte famoſus vir ſecūdū iuſticiā politicā,linguas eua-
ſit hoīum pditorū,formę enim quinquagies ei diem indictā ferūt. Poſtremo ſex & octoginta annos na
tus,accuſat⁹,vulgatū illud dixiſſe aiūt:difficillimū eſſe,cū int̄ alios hoīes vixeris, penes alios de his cri-
minibus reſpōdere,quę ab aduerſarijs obiecta ſunt. Tunc reſpōderunt ei quidam de ſcribis &
phariſęis,dicētes. Magiſter volumus a te ſignum de cęlo videre. Qui reſpōdens ait
illis. Generatio mala & adultera ſignū quęrit.& ſignū non dabitur ei, niſi ſignū Io-
nę prophetę. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus:
3.Reg.18 ſic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. Bene ergo dixit F
Matt.8. Helias propheta generationi huic viperinę:quo vſq; tali pedatis,a verbis ad opa:& ab opibus ad ver
ba:Si ſigna placēt,videtis hoīem coram,in quo quattuor ſunt ppetrata ſigna,dæmones hoīem relinqre
ad porcos migrare,mortuum quatriduanū viuere,loqui,epulari.Si verba placēt, vr̄os miniſtros rogate
nunq́; inquiūt ſic loquutus eſt homo.Sed iudęis(inquit Paulus)mos eſt/ſubinde ſigna petere.Nā cū tē-
Ioan.7. plum ſuū dn̄s tot repurgaret ſordibus,quod ſignū inquiūt oſtendis nobis?Ioan.2.Et rurſus dn̄o in cruce
1.Corin.1. pendente:ſole mortuo,terra nutāte,ſciſcis Petris,monumētis reſeratis,ſi fili⁹ dei eſt inquiūt,edat adhuc
ſignū vnicum,id,eſt vt deſcēdat de cruce:vt videamus:& credamus.Et putes aſpides iſtos,a ſatana vete
Marci.15 ratores,ſemē neq́; filios ſceleratos ſerio loqui,vt ſi deſcēderet de cruce,crederēt. Viderunt quatriduanum
Ioan.11. prodire e ſepulchro:idq́; quod magis mireris ligatis pedibus,nūquid crediderunt?Bona verba. Quid igi
tur?Voluerunt occidere eum quem vita quę erat apud patrē vita donarat. Et nūc ſi deo placet:volum⁹ G
inquiunt iſti cēſores populi a te ſignū videre cęleſte. De hoc dictum in principio capitis precedentis. Ad
hec dn̄s. O generationē malā ob legis trāſgreſſionem(nę ſaniones)adulterā ob vr̄am traditionē, & ab
ea quę dei eſt defectionē,quę vix dum egreſſa de ægypto,& quę nō dum accepat Legē dotis nomine in
mōte Synai iuxta Oſeę cap.2. Morę impatiens,quaſi vir ſuus diē obijſſet,fac inquit nobis deos qui nos
pręcedāt. Deos inquit,nō vnū ſed plures. Vides adulteriū nę infandū & profanū?Nec refert dicere quo-
ties ex acerbauerūt deum in deſerto,lege pſalmū.77. O inquit nationē penitus prauā & cordis adamāti-
Geneſ.12 ni,parens veſter,nunquit ſignū poſtulauit,cū audiuit,egredere de terra tua?Sed ſicut dicit Chryſoſt. Et
Chryſoſt. verum dicit:iudęi multa ſigna viderāt,& nullum viderāt? Quādoquidē mens ſine oculis videre poteſt,
oculi ſine mentę minime. Ecce ſi quis tibi exponat ea quę non libenter audis:etiam ſi tota die audias di
ces cum ille finem dicendi fecerit. Surdo narraſti fabulam,priora non memini, media non intellexi:fi-
nem non audiui. Non meminiſti,quid dixerit Moſes,cum mitteretur in ægyptum vt adduceret popu- H
lum durę ceruicis in terram lacte fluentem?Non credent mihi,nec vel audient. Quid igitur?Da mihi ſig-
num vnum aliquod. Accipe ſignum duplex: in manu tua vnum,alterum in baculo tuo. Hoc eſt ergo
Exo.4 quod ſequitur generatio hec ſignum petit,& ſignum non dabitur aliud a ſigno Ionę prophetę,nā my-
Roma.8 ſteria eadem,mors videlicet & reſurrectio ſaluatoris in his duobus figuris prę ſignata ſunt. Virga enim
in terram proiecta(require ſenſum litteralem) Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt verbum caro, & in ſi-
militudinem carnis peccati pendens inter duos probroſos,& de cruce depoſitus,poſitus in ſepulchro.
Hanc virgam Moſes rurſus manu ſua tenuit,quia non dabis ſctūm tuū videre corruptionem. Accepit
Pſalm.15 autem qui prius fugiebat,quia Apoſtoli profecto ſerpente in ſepulchro, & deuorato Iona,fugerunt.
Matt.26. Sed Domino noſtro Ieſu Chriſto reſurgente,agnouit Moſes virgam ſuam,paſtoris inſigne, quam pri-
us fugiebat,ſerpentem ratus. At iudęi qui non crediderunt ſigno priori,ſed fugerunt dicentes,furati ſunt
eum diſcipuli ſui,hoc eſt iam diu vidit corruptionem( Matth.Cap̄.28.) Credent ſigno poſteriori manus
leproſę,cum intrauerit plenitudo gentium,Roma.Cap̄.11. Sicut inquit fuit Ionas in ventre ceti.Ionam I
triduo illę ſum vixiſſe in ventre ceti nemo mirabitur,qui meminerit qualiter vnuſquiſq́; noſtrum men-
ſibus nouem degat intra materna viſcera. Prętermitto autem illud quod dicit Plinius lib.9,Capite.3.
Plinius. Reperiri in indico mari Balenas longitudinis quattuor iugerum. Idem dicit libro.32.Capite.1. Iuba in
his voluminibus quę ſcripſit ad C.Cęſarem Auguſti filium de Arabia,tradidit cetos ſexcentorum pe-
dum longitudinis & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabię intraſſe. Id ſi verum eſt,cetus
vnus non Ionam vnum ſed mille capere facile potuit. Cetus igitur iſte deuorare quidem potuit ſanctū
Ionam:conſumere non potuit:imo ſicut ſcriptum eſt,O mors o cete ero mors tua, O inferne morſus tu-
us ero. Ionas figura mortis Domin⁹ Chriſti,reſurrectionis prędicationis in omnes gentes. Ionas ſignum
Oſeę.13 ſalutis gentibus, Dominus Chriſtus ſignum reprobationis iudæis incredulis. Luce.2.Capite. Ingreſſus
ergo Ionas triduo ventrem ceti,eduxit ſecum vinctos e lacu in quo non erat aqua. Reuera autem Io-
Zacha.9. nas profundum aquę ingreſſus eſt,& aquę intrauerunt vſq; ad animam ſuam,(Pſalm.Cap̄.68.) Quia K
ferrum quod requirebat noſter Heliſęus:infixum erat in limo profundi.4.Regū,Capite.6. Nulla autem
erat aqua in carcere inferni iuxta Hieronymum,quia nulla ibi erat miſericordia:ſed omnes vna & ea-
dem ſentencia ligabat:ſiue eſſet infans vnius diei,ſiue Ioannes baptiſta, quo nullus maior in natis mu-
lierum. Matth.Cap̄.11. Requiris autem,quare dixerit Dominus Chriſtus,ſignum non dabitur eis, niſi
Auguſti. ſignum Ionę. Auguſtinus [illegible] Pſalm.Cap̄.65. In multitudine virtutis tuę mentientur tibi inimici tui:
potentia Chriſti maxime in reſurrectione apparuit. Multi ſancti multa miracula fecerunt,nullus eorum
mortu⁹,reſurrexit,qa & q ab eis reſuſcitati ſunt morituri reſuſcitati ſunt. Sed nūqd virtute ſua id fecerūt?
In noīe Ieſu Nazareni aſtat iſte corā vobis ſanus. Ambulauit ſup mare, & iuſſit Petrū. Nunqd non ibi
Actuū.4. erat ipſe dn̄s:quando ſe dimiſit mare, vt Moſes cū pplo trāſiret:Quādo Moſes petrā cōuertit in fontes
Exo.14 aquarū

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

aquarũ. Nũ. 20. Quãdo iordanis cõuerſus eſt retrorſum. Ioſue. 5. Quãdo Helias dimiſit iordanẽ. 4. Re. 2.
idem dominus illa faciebat, qui fecit iſta per carnẽ ſuã quę euãgeliũ refert. Ipſe illa faciebat ꝑ carnem ſer-
uorũ ſuorum, illud tamẽ per ſeruos ſuos nõ fecit. Quia ergo dicere poſſent iudęi, cum miracula faceret do
minus, fecit hoc & Moſes, fecit hoc & Helias, fecit hoc & Heliſęus: poſſent ſibi iſta dicere, quia & illi/
mortuos ſuſcitauerunt, & multa miracula fecerũt: propterea cum ab illo ſignũ peteretur/1. Ioã. 2. Et nũc
rurſus/ ꝓpriũ ſignũ cõmendãs quod in ſe ſolũ futurũ erat, ſoluite inquit templũ hoc, & ego in triduo ex-
citabo illud. Et nũc, ſignũ nõ dabitur ei, niſi ſignũ Ionę. Quomõ fuit Ionas in vẽtre ceti? Nõne vt poſ-
tea viuus euomeretur? Hoc fuit infernus dño, quod Ionę cetus. Hoc ſignũ propriũ cõmendauit: hoc eſt
potẽtiſſimũ. Ita dicit Origenes ſup a Rom. 4. Suſcitauit pater Ieſum chriſtũ a mortuis. In quo ego quã- Origenes.
tũ capio, illud aduerto, ꝙ multo ſit magnificẽtius in laudibus dei, reſuſcitaſſe chriſtum dñm a mortuis: q̃
A feciſſe cœlũ & terrã, & creaſſe omnes cœleſtes virtutes. Illud enim fuit facere quę nõ erant, hoc aũt repa
rare q̃d perierat, tabernaculũ v; Dauid iuxta Amos ca. 9. Illud deniq; iuſſione hoc paſſione factũ eſt. Hõ
autẽ ſiue iumentũ gñali in fluxu cõcurrẽte, generat ſui ſimile, at ſemetipſum corruptũ reparare nõ poteſt
Magnificẽtius ergo eſt reparare tabernaculũ quod ceciderat in vẽtre ceti( volũtate tamẽ dicẽtes: propter
me orta eſt hęc tẽpeſtas) q̃ illud primũ erexiſſe in vtero immaculatę virginis numero dierũ vel Annorũ
46. Hoc eſt mẽſibus/ 9/ quibus fęmina illa beatiſſima virũ circũdedit( Hiere. 31) funibus nouis ſeptẽ. Ha Iudi. 16
bes cur ſignũ Ionę accepunt, vt nullũ velamẽ excuſationis habeãt: ſi nõ crediderint reſurgẽti, cui inſulta Zacha. 12.
uerũt moriẽti. Et maxime quia quãtũ capio, de numero eorũ erat ille q ſepultus apud inferos, philoſopha Luc. 16.
batur dicẽs. Si quis ex mortuis reſurrexerit, credẽt ei fratres mei. Alioqui facilius eſt calũniari ſigna quę de
cœlo oſtẽdũtur: q̃ ea quę coram cernũtur oculis/ audiuntur: tãguntur manibus, & ſenſibus expoſita ſunt
B Dices enim ex occultis & varijs aeris paſſionibus accidiſſe. Deniq; reſpõdebis Magos in ægypto multa
ſigna feciſſe. Viri niniuitę ſurgẽt in iudicio cũ gñratione iſta, & cõdẽnabunt eã, quia
pęnitẽtiã egerũt in prędicatione Ionę: & ecce pluſq̃ Iona eſt hoc loco. Accuſatur po- S. q. 1. ỹ cor
pulus iudęorũ in cõparatione niniuitarũ: qui vidẽtes hominẽ treſſem ꝑegrinum: habitu naufragũ, non
indoctis humanę ſapiẽtię verbis ꝑſuadere velle potẽtiſſimę antiquiſſimę ciuitati rẽ prima vt aiunt frõte
incredibilẽ( id ꝑ gẽtibus alienis a teſtamẽto dei: qui nec aliud nouerãt q̃ naſci & mori) euertendã illam
poſt tres dies iuxta/ 70/ aut poſt dies/ 40/ iuxta Hieronymũ. Niniuitę nõ exibilauerũt eũ, nõ impetũt lu
to & lapidibus: nõ cruci ſuffigũt tanq̃ geniũ malũ, nõ vel compedibus vinctum includũt neruo, donec
appeat vera ne prędicet an vana, ſicut factũ eſt prophetę Michęę, 3. Re. 22. Sed ſicut ſcriptũ eſt: ad pri-
mã eius prędicationẽ crediderũt viri Niniuitę dño. Et requirendũ eſt: quid crediderũt. Si enim crediderũt Niniuitę.
C ciuitatẽ euertendã, quare prędicãt ieiuniũ, & ieiunãt hoĩes & iumẽta, & ſaccis indũtur vtriq;? Nihilo-
minus ciuitas ſubruetur. Sed dices, ciuitas ſi obruatur, hoĩes ſaluari poſſunt ꝑ pęñiã, pellẽ enim ꝓ pelle
& cũcta q̃ habet hõ dabit pro vita ſua. Sed nõ id videtur credidiſſe, alioqui fugerẽt e ciuitate ſicut Loth Iob. 2.
e ſodomis( Gene. 19.) quod tamẽ nõ fecerũt. Quid ergo crediderũt: Nũ illud/ prophetã fuiſſe mẽtitũ? Ab-
ſit. Nõ enim ieiunarẽt, ſed ꝑgerent ſui ſimiles eſſe, ſicut heri & nudius tertius. Crediderũt igitur quãtũ ſa
pio( Nã & illis incerta & occulta ſapiẽtię ſuę reuelauerat deus) ꝙ ſentẽtia dñi vera quidẽ erat, ſed tamen Pſalm. 50.
locũ habebat appellatio in illis tribus vel/ 40 diebus. Si enim ferire vellet, nũq̃ id prędicerit. Crediderũt
ꝙ humiliatũ cor in ſacco, & cõtritũ ieiunio deus non deſpiceret. Crediderũt poſſibilius fore vt mutaret
dominus ſentẽtiã iuxta Ambroſiũ q̃ nõ acceptare pęnitẽtiã, ſi ex animo fiat. Et obſerua quomõ prędi-
cãti Ionę vrbis ſubuerſionẽ, adiũcti ſunt duo vel plures prącones ex parte ſenatus qui prędicarẽt penitẽ- Ambroſi.
tiã. &c. Chryſoſt. Quid dicis? Et bruta ieiunãt: Equi & muli ſaccis indũtur? Etiã inquit. Sicut enim di-
D uite aliquo mortuo, nõ ſerui ſolũ & ancillę ſed & equi ſaccis indũtur: & ad ſepulcha mortuorũ vt ad mi Chriſoſto
ſericordiã vidẽtes cõmoueãt, ꝑducuntur, ſic & hic factũ eſt. Deniq; ꝑuenit verbũ vſq; ad regẽ, qui ſugẽs
e ſolio, abiectis inſignijs regalibus, induitur ſacco ſicut vnus e populo, videlicet quia ante deum non eſt
ſeruus nec liber. Illud quoq; quod dixit pręco ex ore Regis, quis ſcit ſi conuertatur Dominus/ iuxta Hie-
ronymum/ id circo ambiguum ponitur, & incertum: vt dum homines dubij ſunt de ſalute, fortius agant Hierony.
pęnitentiam, & magis ad miſericordiam prouocent Deum. Et vidit Deus opera eorum: & miſertus eſt
populo ſuo. Et ecce pluſq̃ Iona hic. Hic aduerbium eſt loci, ωſt. Conferamus nunc ſi libet Ionam Ie-
ſu Chriſto. Ionas Niniuitis extraneus, tribus diebus tantum prędicauit, miraculum nullum fecit: excidi-
um q̃ prędicabat vrbis. Dominus Ieſus Chriſtus caro & ſanguis iudęorum: tribus annis docuit, mira-
cula multa fecit, Regnum cœlorum pęnitentibus repromiſit. Nihilominus Niniuitę gens ex lex Ionam
alias nec de facie notum audierunt, pęnitentiam egerunt, iudæi Dominum Chriſtum prophetarum au-
E ditum, ad crucem animo obſtinatiſſimo petierunt. Merito igitur ſurgent viri Niniuitę in iudicio cum
generatione iſta, & condemnabunt eam, iuxta illud Sapi. Cap. 4. Condemnat iuſtus mortuus viuos im
pios, & iuuentus celerius conſummata longam vitam iniuſti. Regina Auſtri ſurget in iuditio
cum generatione iſta: & cõdemnabit eam. Quia venit a Finibus a terrę audire ſapiẽ
ciam Salomonis, & ecce pluſq̃ Salomõ hic. Hiſtoria manifeſtior eſt q̃ vt hic receſeatur. 3. Re-
gum. Cap. 10. Ibi tamen vocatur Regina Saba. Saba altera eſt in æthiopia, altera in Arabia. Hęc au- 3. Reg. 4
tem Regina Arabicę Sabę Regina erat, ex qua & magi Domino vix etiam edito munera attulerunt, Io
ſephus aliter dicit. Vide Auguſtinus. Steuchũ ſuper Gene. 10. Sed & ſapiẽtia Salomonis nulli ignota eſt
qui verſatur in ſcriptura. Huius igiẽ ſapiẽtiã vt audiret regina Auſtri, relicto regno ſuo/ venit in Hieruſalem
& multis ꝓpoſitis quęſtiõib⁹, nõ fuit ſermo q̃ regẽ late poſſet. Legim⁹ Hiero. & q̃ſdã luſtraſſe ꝓuicias Actu. 15
nouos adijſse pplos, vt eos q̃s ex libris nouerãt, corã q̃q̃ viderunt, id q̃d fecit & nobiliſſima femina hęc



ſicut ipa

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſicut ipſa dixit,nō credebā narrātibus mihi,donec ipſa veni & vidi & audiui,& nūc cōfiteor ꝙ vix me
3.Regū.10 dietas virtutū tuarum & ſapiētię tuę nūtiata eſt mihi.Hec illa.Et iſti Sāniones quid: Dęmoniū habet,
Ioan.10 quid eū auditis?Surget igitur regina Auſtri in iudicio cōtra generationem hāc,qui pręſentē dei ſapientiā
cōtempſerunt,quando illa ſolo ſapiētię ſtudio allecta:relicto regno,venit vt doceretur aliena,quę forte
apud ſuos ſapiētiſſima habebatur,alioqui nō veniret vt tētaret eū in ęnigmatibus.Nec tamē vacuave
nit,ſed ingētia munera ſecū attulit.3.Reg.10,Verū enim vero ſi cōferamus ſciēciā Salomonis cū ſapiētia
Chriſti,hoc eſſet tubā tibię comparare luci tenebras,ſuem Mineruę.Ecce inquit plus ꝗ Salomō eſt hoc
loco,ſeipſum intelligēs.Inuenietur enim Salomō magis mutus ꝗ piſces,iuxta prouerbium.Nec oportet
Exo.4 hic immorari inquirendo in quo Chriſtus dominus maior ſit Salomone,de cuius beatitudine,nullus cer
tior eſt ſcriptum eſt,qui ſe putat ſtare,videat ne cadat.1.Cor.10. F

## Caput.xi.De ſpiritu immundo repetēte hoſpitium ſuū qui ſecū alios 7.adducit ſe nequiores,de muliere clamāte.Beatus venter qui te portauit.De Maria matre domini volente alloqui vnicum ſuum ſimul & fratres ſui & quid adhec reſponderit dominus.

CVm immūdus ſpiritus exierit ab homine:ambulat per loca arida
quęrens requiem & non inuenit.Tūc dicit.Reuertar in domū me-
Matt.12. am vnde exiui·& veniēs inuenit eā vacantē, ſcopis mundatā &
Luce.11. ornatā.Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpirit⁹ ſceleratiores ſe
& intrātes habitāt ibi,& fiunt nouiſſima hominis illius.Peiora pri G
mis oſtēdit dn̄s pręſenti ęnigmate(ſuboſcure tamē)quid eſſet eueturum iudęorum
genti pro ſua incredulitate & blaſphemia in ſpiritū ſanctum,& in quā profundā
cęcitatē deuentura eſſet natio hec praua & adultera,& quibus calamitatib⁹ affi-
ciēda a Romanis principibus:& quomodo in quattuor vētos deſpergēda,& con
De pęnit. temptui habēda ab omnibus gentibus:ſicut eſt dies hęc.Ponit igit̄ dominus ſimilitudinem hoīs obſeſſi a
Diſtin.4. dęmone,qui poſtꝗ clemētia dei tanto malo exēptus eſt,& ſanitati redditus,ſuo vicio & incuria,demo
Reuertar. ne repetēte hoſpicium priſtinū,lōge grauius laborat ꝗ prius,& merito,quādoquidē qui vnicus egreſ-
Zacha.2. ſus fuerat,ſeptem ſecum adducit ſe nequiores,& poteſt intelligere prudēs lector ſeptem milia pro ſeptē,
poſitum eſt enim ſeptem pro multis.His igitur ingreſſus hoſpiciū miſerabile ex cōſequēti fient nouiſſi-
ma hominis illius peiora prioribus,Egreſſus eſt ſatanas a populo illo:quādo accepunt legem in Mōte
Synai,& facta eſt iudęa ſanctificatio dei(Pſaml.113)Dicētibus illis poſtꝗ audierūt legi librū legis,oīa H
Exo.24 quę loquutus eſt dominus faciemus,& obediētes erimus.Rurſus ſatanas domum ſuā repetijt,quādo vi
tulum adorauerūt.Exo.32.Et tūc fractę ſunt tabulę legis.Iterū igitur recōciliato populo deo mediatore
Mose,ſecūdas tabulas accepit.Poſt breue igitur tēpus tędere cępit populū itineris & laboris/dixit ꝗ al
Eze.34 ter ad alterū.Cōſtituamus nobis ducem,& reuertamur in ægyptum.Nū.14.Hoc igitur reuerti illorum,
cō tempto pręcepto dei,& duce ſuo Moſe:eſt id quod dicitur,reuertar in domum meā.Et nō putabant
colūnam ducem vię huius prępoſterę ſe habituros?Et obſerua textū Nū.Cap.14.Quomō ex duodecim
exploratoribus miſſis a Moſe:decē vita functi ſunt,quia detraxerūt terrę quā miſſi ſunt explorare.Et di
cit Rabbi Salomō ꝙ linguę eorū defluebāt veneno,& cęperūt extuberare,atꝗ ſubito vita functi ſunt
ante fores tabernaculi.Ex verbis enim horū exploratorū ortum eſt murmur cōtra Moſen & Aarō.&c.
Sed ſi ægyptus lętata eſt in profectione eorū,quia nulla erat domus in ægypto in qua non eſſet aliquis
defunctus,& ipſi alias ægyptios expoliauerūt,Quomō reuerti volūt,ſeruiebāt igitur olim ſuis cupedi- I
tatibus,quādo ſedebāt ad ollas carnium,dicētes Moſi:fetere feciſtis odorem noſtrum ante pharaonem,
&c.Per legem autē,vt cūꝗ exempti ſunt a ſatanę ſeruitute,iuſſi cū mutatiōe ſolis,exuere ſimul ægyp
tios mores,iuxta illud Ioſue.5.Hodie abſtuli a vobis obprobriū ægypti.Sed vitula docta aſſucta iugo
ægyptiorum(Oſeę.10.)Sub inde repetebat areā ſuam,repetebat idola,immolabat nō pecudes mō,ſed
ſicut ſcriptū eſt,immolauerūt filios ſuos & filias Dęmonijs.De hoc plenus eſt liber Iudicum.Tamē au
di locū vnum.Iudi.Cap.2.Suſcitauit dominus iudices,qui liberarēt iudęos de manibus vaſtantium,ſed
Eſai.10. nec eos audire voluerūt,fornicātes cum dijs alienis(vnde vocantur ſupra generatio adultera)& adorā-
tes eos.Cito deſeruerūt viam,per quā ingreſſi fuerāt patres eorū,& audiētes mādata domini,oīa fece-
re cōtraria.Cūꝗ dominus iudices ſuſcitaret,in diebus eorū flectebatur miſericordia,& audiebat aflicto
rum gemitus,& liberabat eos de cęde vaſtantiū poſtꝗ autē mortuus eſſet iudex,reuertebātur(obſerua
verbum hoc reuertebātur,q̄a & ſatanas reuertebatur ad eos)& multo faciebāt maiora ꝗ fecerūt patres K
eorū,ſequētes deos alienos & adorātes illos &c.Ex hoc textu intelliges quid ſit,fiēt nouiſſima hominis
peiora prioribus.Miſerāt prius manus in prophetas,& adorauerūt opa manuum ſuarum,nouiſſime mi
ſerūt manus in filium dei:dicētes,ecce hęres,ecce ſomniator venit,occidamus eum Gene.37.Ex quo ci-
mine profunda quędam cęcitas & ſeptuplo interior,ꝗ fuerat parētum ſuorum occupauit amicos eorū
& dorſum [illegible] ſemp incuru[illegible] deus,maioribus pręmens malis,& exitiū illos manet lōge atrociusꝗ
hac vſꝗ paſſi ſunt,[illegible] Ezechiele cap.5.Faciā in te quę nō feci,& quibus ſimilia vltra non faciam
propter omnes abominat[illegible]nes tuas.Hieronym.Dicēs,faciā in te iudicia,oſtēdit ſentētię veritatem:ne
Hieronim ira mēſuram pęnarū videatur excedere.Nec fecit in vlla natione talia qualia fecit in Hieruſalē.Pulchre
Pſalm.147 ꝗ dixit,& ſimilia vltra nō faciā,multo enim poſt interfectionē Chriſti duriora facturus eſt. Aliud eſt
enim cæ-

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

enim coluiſſe interdum idola: propter quę ante puniti ſunt, & aliud dei filiũ trucidaſſe. Itẽ Hiero. Fiunt
nouiſſima. Multo enim deteriori cõditione ſunt hęretici ꝙ gẽtiles, qa in illis ſpes fidei eſt (canis viuus) Eccs. 9.
in iſtis pugna diſcordię: Leo mortuus. Loca arida vel in aquoſa gẽtes ſunt, de quibus Eſai. 35. Letare de-
ſertum &c̃. Et bene deſertum ad quos Ionas tantũ miſſus eſt ante crucẽ Chriſti. Domus iudęorũ vacua Matth. 28.
eſt: qa chriſtũ nõ habẽt: quẽ diſcipuli furati ſunt, iuxta fidẽ ipſorũ iudęorũ. Eſt tamẽ dom⁹ eorũ ornata
mãdatis hominũ, ſiquidẽ panẽ nunꝗ pręſumũt, niſi lotis manibus. Matt. 15. De phylaterijs & ſtolis ha
bes. Matt. 23. Quod autẽ nouiſſima eorũ ſint multo deteriora prioribus patẽter oſtenditur: quoniã ter ꝑ Hierony.
A ſingulos dies blaſphemãt in ſinagogis ſatanę dñm Ieſum, & aliud eſt nõ ſuſcepiſſe Dñm Ieſum, aliud Eſai. 5.
ad mortẽ poſtulaſſe, & prętuliſſe ei Barrabã, & aliud eum nũc cotidie blaſphemare. Septenari⁹ numer⁹
vt prędictũ eſt vniuerſitatẽ ſignificat, vel propter ſabbatum: vel quia ſeptem virtutũ ſpiritus ſuꝑ Dñm Eſai. 11.
deſcendiſſe referũtur, ita e cõtrario vitiorũ numerus in diabolo cõſecratus ſit, Vnde Hilarius. Vt tãta ini Hilarius
quitatis fieret poſſeſſio, quãta ſi in eum crederẽt futura fuerat gratiarũ. Ita fiunt nouiſſima eorũ peiora, Matt. 23.
quia ex iudęis ſatanas metu legis exceſſerat, nũc autem in eos cum vltione repudiatę ab eis gratię reuer Abulenſis
titur. Sicut ꝙ facti ſunt duplo filij gehẽnę canes iſti reuerſi ad vomitum ſuum. Abulẽſis. Exponit illud,
per loca arida ad litteram, quia dæmones expulſi ab hoie aliquo, iuſſu dei mittũtur vel iubẽtur abire in Iob. 1.
deſerta loca, vbi hominibus nõ noceãt, ſicut habes Tobię cap. 8. Ipſi autem quęrũt requiẽ. Quam̃ vt no Prouer. 8.
cere poſſint hoibus, vel in anima vel in corpore vel ſaltẽ in ſubſtãtia. Siquidem & eorũ delitię ſunt ver
ſari inter filios hominem. Circũeunt ergo num quẽ inueniãt angelica cuſtodia deſtitutum, & hec eſt to-
ta eorum ratio quare circũeunt & ꝑ ambulant terrã. Vnde ꝙ primũ ſatanas vidit ſaulem diuina gratia
deſtitutũ (trãſierat enim ad Dauid) ilico inuaſit eum. Bellũ enim noſtrũ pax illorum eſt. Itaꝗ ſępe repe 1. Reg. 16
B tũt domicilium vnde eiecti ſunt, imo ſemꝑ ſtãt pro foribus. Et iuxta Lu. cap. 4. Si recedũt, eſt ad tẽpus. Geneſ. 4.
Sciendum ꝙ dæmones quidã cõparati alijs acrioris ingenij, inſipiẽtis videri poſſunt. Et dicũt quidã, mi-
nores dæmones a maioribus puniri: quãdo iuxta formã ſibi a ſuperioribus pręfixam nõ pręualuerũt in-
tẽtatione hominũ, quia forte minus caute ſe geſſerũt. Quãto enim dęmõ eſt in natura ſuperior, tãto eſt
ad nocẽdum potentior & ſagacior. Quęrit inquit requiem. Dæmõ quieſcere nõ poteſt: quia quocunꝗ Dęmones
pergit, infernus ſequitur eum. Hãc igitur a penis requiem nõ quęrit: quia nunꝗ inueniet. Requirit igitur
requiem prauę volũtatis ſuę, qua ſumme nocere auet. Id quãdo conſequitur: quieſcit quodãmodo, ſicut
freneticus cũ debachatur in hoſtem. Quãdo autẽ nõ datur nocere homini: porcos petũt. Sin nec hoc, ar- Abulenſis
boribus volũt nocere, &c̃. Apoc. 7. Quãdo autem nullum horũ permittũtur facere, dicũtur eſſe in locis
aridis. Vide Thobię. 8. Et in hiſtoria. S. Philippi. Circũit igitur, quęrens aliquem Saulẽ: Achitophelẽ vel Matt. 8.
Iudam. Sũt infatigabiles, naturę velocis, & momẽto hic: & mox in oriẽte eſſe poſſunt: potiſſime quia
multi ſunt eorũ exercitus: vt vbicũꝗ homines ſint: ſint pręſto ꝙ plures eorum, vt quouis modo noceant
C Theophyl. Ita dicit. Remiſſio peccatorũ per baptiſma leuior eſt ideſt facilis. Poſtea autẽ nõ eſt locus ſe-
cundi lauacri niſi per pęnitẽciam, quę valde laborioſa eſt. Verum ſi cõparetur pęnę purgatorię, dies vn⁹
pro anno cõputatur. Iuxta ſenſum moralẽ ornamenta eccleſię ſacramẽta ſunt Chriſti: fides/ſpes/prophe Num. 14
tia, angelorũ linguę, martyrium eleemoſinę/&c̃. Cęrimonię religionis fictę: tõſura: phylaterię induuię
& multa id genus: ꝗ religionis quidem ſunt ſymbola, verũ ſi lampades ſunt vacuę, domũ vacuam hoſ- 1. Cor. 13.
pes ꝗ abierat repetet, ornatã licet multis rutis ceſis. Factũ eſt cum hec diceret: extollens vo-
cẽ quędam mulier de turba: dixit illi. Beatus vẽter qui te portauit: & vbera quę ſu-
xiſti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiũt verbũ dei, & cuſtodiũt illud. Hierony. Hierony.
Fieri quidem nõ poteſt vt abſꝗ morſu hominũ vitę huius curricula quis ꝑtranſeat. Malorũꝗ ſolatium
eſt, bonos carpere, dũ prauorum multitudine vel peccãtium putãt culpam minui peccatorũ. Verũ falſus
rumor cito opprimitur: & vita poſterior iudicat de priore. Hac enim vna mulieris neſcio cui⁹ voce quę
in modum phari inter tot fumigãtes tędas eluxit, inter tot crocitãtes coruos velut luſcinia inſonuit omis
D malicia pharisęorũ ſopita eſt. Abſcõdiſti inqt hec a ſapiẽtibus & prudẽtib⁹ & reuelaſti ea paruulis. Re-
uera autem cuiuſdã prodigioſę fidei mulier hęc oſtenditur, quę ſcribis & phariſęis dñm tentãtibus ſimul Matth. 11.
& blaſphemãtibus, tãta eius incarnationẽ pre oibus ſynceritate cognoſcit, & cõfitetur, vt & pręſentiũ
calũniam/& futurorum cõfundat hęreticorum ꝑfidiam. Nã ſicut tũc iudęi dñi nři Ieſu chriſti oꝑa blaſ-
phemãdo, verum cõſubſtãcialẽꝗ patri eũdem dñm Chriſtũ denegabãt, ſic hęretici poſtea negãdo imma Beda.
culatam virginem ſpiritus ſancti operãte potentia naſcituro ex humanis membris vnigenito dei carnis
ſuę materiam miniſtraſſe, verum cõſubſtancialẽ ꝙ matri filiũ hois fateri nõ debere dixerũt. Sed ſi caro
verbi a carne virginis matris pronũtiatur: Extranea, ſine cauſa vẽter qui eũ portaſſet & vbera quę ſuxit
beatificarentur. Qua enim cõſequentia eius credetur lacte nutritus, cuius ſemine negatur eſſe cõceptus:
Cum ex vnius eiuſdem ꝙ fontis origine iuxta phiſicos vterꝗ liquor emanare credatur. Nec fortuitu vt
ſingũt Sabelliani/repit paruulum, ſed de curſis mẽſibus. 9. Peperit filiũ ſuum primogenitũ. Et ideo bea. Luce. 2.
E tus vẽter qui portauit pręcium mũdi. Vẽter hic paradiſus eſt delitiarum: cõſitus regio cultu & manu, & Gene. 2.
in eo ſunt vniuerſa florũ genera & odoramẽta virtutum, & in medio eius lignũ vitę/dominus virtutũ.
Vẽter iſte aceruus eſt tritici, vallatus lilijs, Cã. 7. Vẽter hic vas illud eſt admirabile, op⁹ excelſi (Eccl. 43
in quo repoſitum eſt Manna cœleſte pręcepto dei, ad rei ꝑpetuę memoriam. Venter hic tunica Chriſti eſt Exo. 16.
in cõſutilis (Ioan. 19.) In qua depicta erãt parentum magnalia. Et iuxta S. Thomã habuit & beatus hic Sap. 18
venter hoc priuilegiũ ſingulare, ꝙ ſicut illa virũ omnino nõ nouit, ita [illegible] viro cõcupiſci nunꝗ 3. p. Diſt. 3
potuit: tota pulchra alioqui abſꝗ oculis ſuis. Cant. 4. Exceſſit autẽ Maria angelos in tribus, in quibus Quęſtio. 1
excedebat cęteros hoies, videlicet grę plenitudine: familiaritate dei, & puritate, S. Thomas, opuſculo. 8.



Deni

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Deniq; dicit idem in/1/Diſtin.17.q.2/ꝙ puritas Marię fuit maxima ſub deo,quã ſentẽtiam cõfirmat An
Anſelmus ſelmus,& tamẽ prędicatur a multis cõcepta in peccato originali ꝑ inſtãs verũ nos hec miſſa faciamus,
Luc.1. & audiamus vocẽ eccleſię,beatus vẽter qui te portauit,quia beatã te dicent omnes generationes,quia
fecit tecum magna qui potuit & voluit,quia decuit,vt quã ad lucẽ gẽtium deſtinauerat, prauitati te-
nebrę nõ ſineret inuolui nec ꝑ inſtãs.An nõ potuit filius cõferre matri,quod caſtaneę,vt a ſpinis remo-
ta cõcipiatur,alatur & formetur?Plane potuit,qui potui matrem morientiũ e crate formare. Geneſ.2.
De qua ſcriptũ eſt: hoc nũc os de oſſibus meis & de carne caro.Hec vocabitur virago,quia de viro ſum
pta eſt.Beatus aũt venter ille de quo verbũ quod erat in principio carnẽ aſſumpſit,cuius & vbera ſępe
ſępius ſuxit.At ille dixit.Quin imo,beati qui audiũt verbum dei,& cuſtodiũt illud.Quin imo gręce eſt
Menũge ea autẽ cõiunctio nec negat quod dictũ eſt:nec reijcit,ſed infert q̃d eſt certius.Hoc eſt igitur q̃d F
alias diximus Matt.5.Iũgere tintinabulis malo granata.Abrahã audiuit verbum dei,quãdo dictum eſt
ad illum:egredere de terra tua,Gene.12.Cuſtodiuit autẽ verbũ dei,quãdo iuſſus immolare,vnicum ni-
Gen.22. hil cũctatus, noctu ſurrexit,vt iuſſa expleret. Qui igitur audit verbum & cuſtodit: animal mũdum eſt
iuxta legẽ,findit enim vngulã,& ruminat/Leui.11.Ad hec Auguſtin?.Quod mãna dicitur habere in ſe
omnẽ ſaporem,hoc fidelibus potuit cõtigiſſe,qui panẽ illũ ſpiritualem ruminabãt,nõ illis aduerſus de-
Sap.16. um murmuratoribus,qui integrũ glutiebãt:qui ꝓfecto alias eſcas nõ deſiderarẽt,ſi hoc eis ſaperet mãna
Auguſti. quod vellẽt.Imo a deo deſipiebãt palato eorũ febricitãti,vt ſuſpirarẽt cucumeres & pepones.Fuit ergo
Maria beata,quę portare meruit vtero ſuo eũ qui portat oĩa verbo oĩpotẽtię ſuę:ex quo illud cõſequu
tum eſt,vt tota vtero ſuo ſe infuderit gratię plenitudo, vt ſit Maria fons ille qui in quattuor dimiditur
flumina.Gene.2.Eſt autẽ beatiſſima;quia audiuit verbũ dei ex ore verbi quod erat in principio:vt me/
rito illa ſola dicere poſſit q̃d ſcriptum eſt,oſculetur me oſculo oris ſui. Ore enim ad os loquebatur cum G
verbo dei,ſicut alioqui ſolet amicus amicum:mater vnicũ ſuum,ſpõſam ſpõſus. Quia audiuit dixit &
Num.12 cuſtodiuit:& cõtulit in corde ſuo:q̃d alijs verbis dicit ſpõſa,faſciculus myrrhę dilectus meus,inter vbe-
ra mea cõmorabitur.Adhuc eo loquente ad turbas Marcus ecce mater eius & fratres ſta-
Marci.3 bãt foris,& miſerũt ad eum,vocãtes eum,& ſedebat circa eum turba, Dixit autem
ei quidam.Ecce mater tua & fratres tui foris ſtãt:querẽtes te.Lucas.Volentes te vide
Luce.8. re/Matthęus:querẽtes loqui.Hieron.Videtur mihi iſte qui nũtiãt,nõ fortuitu & ſimpliciter nũcia
Matth.12. re:ſed inſidias tendere ſaluatori,vtrũ ſpirituali operi carnẽ & ſanguinem pręferat. Vides ergo quot ten-
diculę iuxta iter poſite ſunt ſaluatori?Pſalm.139.Sed fruſtra iacitur rete ante oculos penatorũ: quorũ to
Proberu.1 tum etiã corpus plenũ eſt oculis.Ezech.1.Sũt enim multi & boni huiuſmodi iani non ſunt bifrõtes.ſed
Hieronim etiã facierũ quattuor,qui ſemp ꝓuident bona ante deum & homines.Bene aũt inquit Hieronymus,ꝙ
1.Cor.8. malicia nõ habet tãtas vires quãtos conatus.Periret innocentia:ſi ſemp nequicię iuncta eſſet potentia H
Iob.3 (animã illius ſerua)& totũ quicquid cupit calũnia pręualeret.Quid in homine tutũ eſt, ſi innocẽtia cri
minoſa eſt?Ecce inquit mater tua.Vnde inquit te toties vane iactas patrẽ habere in cœlo,cuius pater &
mater & fratres & ſorores nõ ignoti ſunt nobis in hac terra?Iuxta Marcũ cum cõſobrini aliquot cuperẽt
cõuenire dñm,nec poſſent adire ob turbam obſidẽtem fores domus:nihil aũt tunc ſapiebãt de eo niſi q̃d
ſuggerebat caro & ſanguis:voce quaſi ꝑ manus tradita,homo quidã caro & nõ ſpiritus:interpellãs ſer
monem domini:ecce inquit adſunt pro foribus mater tua & fratres. At ipſe reſpõdens dicẽti ſi-
bi:ait.Quę eſt mater mea,& fratres mei qui ſunt?Et circũſpiciens eos qui in circuitu
ſuo ſedebãt,& extẽdens manũ in diſcipulos ſuos:dixit.Ecce mater mea & fratres
mei.Quicũq; enim fecerit volũtatem patris mei qui in cœlis eſt:ipſe me? frater:ſoror
& mater eſt.Et hoc loco inquit Hieronym?Manichęus negat Chriſtũ natum de muliere.Sed ſi hunc
Hierony. vidit locum,quare nõ & illius meminit,pariet aũt filium,Matt.1.Quodq; dicit,& fratres tui, non filios I
Ioſeph ex alia vxore vt quidã dicũt:ſed cõſobrinos dñi filios materterę domini quę & ipſa eſt mater Ia
Abulenſis cobi minoris & Ioſeph & Iudę:& iſti vocãtur fratres dñi. Abulẽſis.Cũ autẽ iuxta carnis propinquita/
Exo.20. tẽ teneretur exire,dicẽte lege,honora parẽtes(quãdoquidẽ & alias cũ eſſet annorũ.12.Neq; minori offi/
Luce.2 cio pietatis additus,ceſſit tamẽ & obſecũdauit parẽtibus dicẽtibus,fili quid feciſti nobis ſic)reddẽs ratio
nẽ quare finem nõ faciebat dicẽdi,inquit.Illa quidẽ eſt mater mea:ſed tamen nõ minoris mihi curę eſt ho
norem patris prouehere.Nãq; & illi vicem gerũt parẽtum fratrum & ſororũ iuxta ſpiritualẽ cognatio/
nem,qui faciũt voluntatẽ patris mei.Et eſt ſimilis hec ſentẽtia illi,beati qui audiũt ṽbũ dei & cuſtodiũ
illud.Quę eſt inquit mater mea?Chriſoſto.Docet nos dominus in nulla cognatione cõfidentes: virtutẽ
nõ negligere.Si enim matri Chriſti nihil prodeſt/matrem eſſe,niſi virtus adſit,quis vtiq; alius per cog-
nationem ſaluabitur?Multę mulieres beatificãt virginẽ & eius vterũ,& optauerũt tales fieri matres,ſi
tamen hoc optari poſſit.Quid eſt ergo quod ꝓhibeat?Ecce latam vobis cõſtituit viã,& licet non femi/
nis ſolum(quod magis mireris)ſed etiam viris fieri matres Chriſti.Qui enim fecerit voluntatem patris K
mei.&c̃.Ita dicit Auguſtinus.Fęlicior eſt Maria cõcipiẽdo iuxta ſpiritum dominũ Chriſtũ,q̃ generan
Auguſti. do carnẽ Chriſti,vtroq; autẽ genere cũ eſſet mater,tamẽ adhuc prępõderabat honor cœleſtis patris.Ni-
Hieronim hilominus tamẽ finito ſermone,morẽ geſſit matri.Hieronym. O myſterium:matrem ſuã ſibi dominus
abiurat,cũ extra verbi auditorium eſſet cõſtituta,eo potiſſimũ tempore quo verbũ prędicabatur a ver
bo.Subiraſciturq; cur ad eum [illegible] nõ intret,ad quem extranei etiam tam facile intrare poſſent.Hec
moralia ſunt.Vere [illegible] venienti.Primũ quidem ne interturbaret ſermonẽ:& ſecũdo quia mira ſua-
mini,nullo modo aſſurge[illegible] venienti.Primũ quidem ne interturbaret ſermonẽ:& ſecũdo quia mira ſua-
uitate tenebatur:ſedebat enim cũ Maria ad pedes domini,vni intenta rei,& q̃a optimã partẽ elegerat
non erat

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

nõ erat auferẽda ab ea. Legimus fratrẽ quendã in eremo cõuerſantem, ad quẽ cũ ſęcularis alter frater au xilij petẽdi grã aduentaſſet, reſpõdiſſe, adi fratrẽ nr̃m aliũ diuitem qui tali moratur loco, qui reuera iam diem ſuũ obierat. Cũq; miratus qui venerat, reſpõdiſſet, is frater ad quẽ me mittis, iã vita funct⁹ eſt, ibi Monachus, & mihi mũdus crucifixus eſt: & ego mũdo mortuus ſum. Ad hec A. Gel. lib. 1. Cap. 8. Quęri ſolet, an ſemp in p oibus iuſſis patris parẽdũ ſit. Sup hoc tres ferũtur ſentẽtię. Vna eſt, in oibus patri pa rendũ. Altera eſt, in quibuſdã parendũ, in quibuſdã nõ parendũ. Tertia eſt, nihil neceſſum eſſe prĩ pare re. Hãc ita cõfirmãt. Aut recte inquiũt impat pater aut pperam. Si recte impat, nõ quia impat parendũ

Luce 10 · Exemplum · Galat. 6 · A. Gellius

A ſed quoniã id fieri ius eſt: faciendũ eſt. Si perpam, nequaq; id faciendũ quod fieri nõ oportet. Cõcluſio. Nunq; eſt igitur prĩ parendũ. Hãc cõcluſionem nõ ap pbamus: eſt enim friuola & inanis, ſed neq; eam quę primo loco poſita eſt. Quid enim ſi pditionem patrię, matris necem, ſi alia quędã impet turpia & impia? Mediã igitur ſentenciã pbamus, quia optima ac tutiſſima viſa eſt / quędã eſſe parendũ, quędam nõ obſequendũ. Sed ea tamẽ quę obſequi nõ oportet: leuiter & verecũde ac ſine deteſtatione nimia / ſine obprobratione acerba repręhẽſionis declinãda ſunt ſenſum, & relinquẽda potius q̃ reſpuenda. Sũt aũt quędã quę aut honeſta ſunt aut turpia. Honeſta ſiue impet pater ſiue nõ, faciẽda ſunt, turpia nec ſi imperet. Quę vero in medio ſunt: & a Gręcis tum adiaphora tũ meſa appellãtur vt in militiã ire: rus colere, honores capeſſere: cauſas defendere, vxorem ducere, vti iuſſum proficiſci, accerſitum venire: in huiuſmodi rerum generibus parendum patribus cenſent. Hec ille. Tu autẽ memento verbi illius: ecce fili Ioãnes matrem tuam, curam illius habe. Ioan. 19.

B Caput. xij. Lucerna corporis eſt ocul⁹ de quo dictũ eſt. li. 5. ca. 8. Et hic dicitur aliquid. Itẽ. 72 / reuertuntur cũ gaudio ad dñm & quid audierit ex ore Chriſti, Gaudete inquit quia nomina. &c̃. Iten q dominus exultauit in ſpiritu ſancto de profectu euangelij & q pater ęternus reuelauit myſterium fidei paruulis & celauit illud ſapientibus quodq; iugũ eius ſuaue eſt & onus eius leue.

NEmo accendit lucernã, & in abſcondito ponit: neq; ſub modio ſed ſup cãdelabrũ: vt qui ingrediũtur: lumẽ videãt. Lucerna corpis tui & cętera vſq; ibi tenebroſum erit. Iſte textus expoſitus eſt libro. 5. Cap. 8. Vide ergo ne lumẽ quod in te eſt, tenebrę ſint. Si ergo to ũ corp⁹ tuũ lucidũ fuerit: non habens partẽ aliquã tenebrarũ, erit lucidũ totũ, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te. Scriptũ eſt, iuſte quod iuſtũ eſt exequere, quod certe lex nõ diceret: niſi opera ipa quę ſunt de genere bonorũ poſſent fieri ſciente & cõſentiẽte ſiniſtra manu, reſerato oſtio: & illota facie. Et hoc eſt quod dicit, vide ne lumẽ fiãt tenebrę. Maledictus inquit doloſus, qui habet in grege ſuo maſculũ, & offert dño debilę. Quid eſt debile? Amputata cauda: auribus & teſticulis exectis. Leui. 22. Si offeratis cęcum ad immolãdum (ecce lucẽ factã tenebras) nõne malũ eſt? Et ſi offeratis claudũ & lãguidum nõne malũ eſt? Offer illud duci tuo inquit dominus: & ſi placuerit ei aut ſuſcepit faciem tuã, idem ego faciã. Certe has hoſtias ſi duci offeras, nõ modo reſpuet, in ſup & putabit ſibi factã iniuriã. Et vos inquit hoc audetis deo offerre: quod hoibus nõ auderetis. Si ergo totũ corpus tuũ lucidum fuerit &c̃. Qđ tũc ſit, quãdo in opibus noſtris ſoli deo placere quęrimus, & in factis noſtris bonis quãtũ in nobis eſt, ſemper optamus ſecretũ. Simus igitur Argi, ſimus oculati quaqua verſum, prouidẽtes ſemper Dñm ob oculos noſtros, memores verborũ Pauli, ſi adhuc hoibus placerem, ſeruus Chriſti nõ eſſem. Poteſt intelligi noĩe luminis lumẽ fidei: eſt enim colũna illa duplex quę pręcedebat populũ quãdiu in via erat. Num. 9. Duplicem dixi: quia perdiem opiebat tabernaculũ nubes, & per noctem quaſi ſpecies ignis. Docet ergo

Luce 11 · Deut. 16 · Malach. 1 · Gala. 1.

D lumẽ fidei quid credẽdũ ſit, & quid operãdũ. Sine hac [illegible]ce preuia & duce: nõ mouebãtur filij iſrael de loco ſuo. Extra hanc viã quã docet fides, currere poſſumus nũq; peruenturi quo tendimus. Tũc ergo totum corpus noſtrũ erit lucidũ totũ, cum credita, opere pręnobis tulerimus, vt dicatur de nobis illud, ecce verũ iſraelitã, in quo dolus nõ eſt (Ioã. 1.) hoc eſt nõ eſt ſepulchrũ dealbatũ, ſed omnis gloria eius abintus. Reuerſi ſunt autẽ. 70 / duo cũ gaudio dicẽtes, Domine etiã dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbã ſatanã ſic fulgur de cælo cadẽtẽ. De pęni. Diſt. 2 Cap. Citius. c. Principiũ. Facillime ait Tullius / ad res iniuſtas impellitur, vt quiſq; eſt altiſſimo animo & glorię cupido. Qui locus eſt ſane lubricus, q vix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis, periculis q; aditis: nõ quaſi mercedẽ rerũ geſtarũ deſideret gloriam. Huic ſentẽtię arridit illud, bonũ certamẽ certaui: curſum cõ

Pſam. 44 · Tullius. · 2. Tim. 4. · 1. Cor. 15.

E ſummaui: fidẽ ſeruaui, repoſita eſt mihi corona iuſtitię. Sed iſti nõ de infirmitatibus, ieiunijs vigilijs, flagellis, inſidijs q; falſo fratrũ iactabãt ſe, & de eo q abũdantius cęteris laborabãt, ſed q dæmones pellebãt verbo, inuocato nomine Chriſti. At multi [illegible]ui talia peregerũt, audituri ſunt, Amẽ dico vobis neſcio vos. Gregori⁹. Mire ergo vt in diſcipulorũ cordibus elationẽ premeret iudiciũ ruinę retulit, q̊d ipe magiſter & capue elationis accepit, vt in auctore ſupbię diſcerent, quid de [illegible] darẽt. Corruit aũt Satanas ſicut fulgur: quia repetente euanuit idolorũ cultus, & [illegible] multitudo, vt qui olim pene toti orbi dominabatur, nũc atteratur pedibus credentiũ. Suo q; vicio q[illegible] quaſi lucifer mane oriebatur, nũc tenebrarũ rector exiſtens, non raro angelũ ſe lucis mentitur. 2. Cor. 11. Nolite ergo hinc extolli q dæmones vobis ſubijciuntur, imo qui ſe putat ſtare, videat ne cadat. 1. Cor. 10. Videat ne dicens: aſcendã

Gregorius · Epheſ. 6

in cœlum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

in cœlũ,ſimilis ero altiſſimo,ſublata ſede,tanꝗ fulgur præceps deturbetur. Sed ſi in cœlũ erat,quomodo
Eſai.14 dixit,aſcendam in cœlum? Sed Paulus in tertium rapitur cœlum,qui locꝰ proprie beatiſſimę trinitatis eſt
Deut.11 Gaudete aũt ꝙ per humilitatẽ aſcẽdere poteſtis,vnde ille corruit. Omnis enim locus quẽ calcauerit pes
Auguſti. veſter/veſter eſto. Vnde illud. Ecce Adã factus eſt quaſi vnus ex nobis. Gene.3. Auguſtinus. Hec verba
dei ſunt,nõ tam huic inſultãtis,ꝗ ceteros ne ſupbiãt deterrẽtis. Itaq; replicatũ eſt in caput proto plauſ-
ti,quo exitu cõcupierit,quod a ſerpẽte ſuggeſtũ eſt: videlicet eritis ſicut dij. Nõ ſolũ inquit nõ eſt factus
qualis voluit,ſed nec illud quod cõditus fuerat cõſeruauit. Vnde tanꝗ excõicatus eiectus eſt a paradiſo
voluptatis,ſicut ſolent in eccleſia a ſacramẽtis viſibilibus hoies eccleſiaſtica diſciplina remoueri. Vide-
bã inquit ſatanã. Quãdo? Quãdo in principio erat verbũ. Nõ mihi tẽ nouã refertis. Olim enim ego vi-
Apoca.12. debã caſum diaboli a ſua celitudine,quã in ſeculo obtinebat,cauſatũ a meo aduẽtu. Atq; vtinã ſolus F
Apoca.13. precipitaretur,& nõ tertiã partẽ ſtellarũ ſecũ cauda in tartara ptraheret. Vtinã tertiam tãtũ partẽ homi
nũ ſuo cõſignaret charactere: beſtia hec capitũ ſeptẽ: & cornuum decẽ. Verum ſi Ioãni credimus: totus
mũdus in maligno poſitus eſt. 1. Ioan.5. Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcãdi ſupra ſerpentes
Luce.10. & ſcorpiones & ſuper omnẽ virtutẽ inimici: & nihil vobis nocebit. Verũtamen in
hoc nolite gaudere: ꝙ ſpiritus vobis ſubijciuntur. Gaudete autẽ quoniã noia veſtra
Ambroſi. ſcripta ſunt in cœlis. Ambroſ. Dñs Ieſus veniẽs in hunc mundum ꝑ virginis partũ: ſubiecit animę
noſtrę omnes cõtrarias poteſtates,iuxta illud; ipſa vel ipſum cõteret caput tuũ( inſidieris licet calcaneo
eius) vt fide tua cõuerſatione & opibus cõterãtur. Si ergo nõ cõteris aduerſarium,tua culpa eſt: qui per
miſſa nõ vteris poteſtate. Adduces inquit dracomẽ in hamo,circundabis capiſtrũ naribus eius,illudes ei
quaſi aui: cuius potẽtię nulla ſimilis ſup terram. Iob.41. Sed ego dedi vobis poteſtatẽ, & nihil vobis no
Matt.8. cebũt,imo nec porcis nocebũt,niſi permittãtur. Quare vobis nõ nocebunt? Quoniã angel s ſuis Deus
mãdauit de nobis vt cuſtodiãt nos ab iſtis ſerpẽtibus & cetis qui inuadũt nos. Tobię.6. Et in manibus G
portabũt nos,ne offendamus ad hos lapides pedes nr̃os. Q: facile ꝗꝗ; cõſiderer calcat ſup ſerpẽtes iſ-
tos & ſcorpiones,qui angelicis portatur manibus. Quã ſuauiter calcat vndas maris huius ꝓcelloſi,cu-
ius ab huiuſmodi manibus ſuſtinetur mẽtum. Sęuiãt igitur quãtum licet ſerpẽtes iſti,ſcorpiones,Baliſ-
ci & aſpides,morſu viſu & flactu: territẽt & rugitu: nocere vobis nõ poſſunt, niſi quatenus quibuſdã
Paulo ſimilibus dãtur aliqui ſerpẽtes qui eos collaphizẽt,ſed bono eorũ,ne extollãtur in ſupbiã magni
2.Cor.12 tudine reuelationẽ & incidãt in tẽtationẽ & in laquiũ diaboli. Veruntamẽ in hoc nolite gaudere. Dæ-
1.Tim.6 mones enim fugare & corporibus & id genus multa facere: aliquãdo nõ eſt meriti illius qui illa opatur
Hierony. ſed inuocatio nois chriſti hoc agit,ad cõdẽnationem eorũ qui inuocãt,hoc eſt qui verbo credunt: factis
1.Tim.2. negãt,vel ad vtilitatẽ eorum qui vidẽt & audiũt,ſi forte cõuertãtur ad eum qui vult omnes ſalutẽ cõ/
1.Cor.13. ſequi. Pone enim ꝙ noueris myſteria oia,martyrio tradas teipſum,ardeas in fornace ſeptuplũ ſuccenſa, H
Dani.3. Omnẽ ſubſtãtiam diſtribuas in cibos paupum,rapiaris in tertiũ cœlum,& in paradiſo verſeris
nõ triduo: ſed annis/50/noli in hoc gaudere,quia Paulus poſt hec oia: dixit,ne forte cum alijs prędicaue
1.Cor.9. ro,ipſe reprober a corona. Gaudete autẽ quia nomina veſtra ſcripta ſunt in albo cęli. Quia de multis q
Pſal.65 dæmonia eiecerũt e corpibus ſcriptũ eſt. Deleãtur de libro viuẽtium,& cum iuſtis nõ ſcribãtur. Auguſ.
Auguſti. Nunquid errore factũ eſt,vt illic ſcriberetur errore ſcribẽtis? Fratres nõ ſic accipere debemus, ꝙ queꝗ de-
Ioan.19 us ſcribat in libro vitę,& deleat illum. Si hõ dixit,quod ſcripſi: ſcriptũ eſto,deus quẽquã ſcribit, & de-
let? Preſcius eſt,prędiſtinauit omnes ante cõſtitutionẽ mũdi regnaturos cum filio. Hos quos cõſcripſit,
cõtinet liber vitę. Apoc.Cap̃.20. Cęteri autẽ qui nõ ſunt ibi ſcripti ſunt ex parte antichriſti,& cum eo
mittẽtur in ſtagnũ ignis. Pro inde ſine dubio nõ erunt antichriſto cõſenſuri,qui in libro illo ſcripti ſunt
Iſti ergo quomõ inde delẽtur,vbi nunꝗ ſcripti ſunt? Hoc dictũ eſt ſcd'm ſpem ipſorum,quia ibi ſe ſcrip
Luce.15. tos putabãt; de quorũ numero phariſęus erat,quo nullus maior in natis mulierum, ſe ipſo teſte erat em I
Matth.11. iuſticia iuſtior: apud ſemetipſum. Quid eſt ergo deleãntur de libro vitę? Et ipis cõſtet nõ ibi eſſe. Vnde
qui putabãt ſe ſcriptos eſſe,audiũt id quod ſequitur,& cũ iuſtis nõ ſcribantur,de quorũ iuſtorum nume
ro erat Moſes: cuius verba ſunt,aut dimitte eis: aut dele me de libro tuo. Exo.32. Illi ergo qui ſe ſperabãt
Matth.55 tanꝗ merito iuſtitię ſuę in libro ſcriptos eſſe Dei,quibus dicitur,ſcrutamini ſcripturas,in quibus puta-
tis vos vitã ęternam habere( Ioan.5.) Cũ perducta fuerit dãnatio eorũ etiam cognitionẽ ipſorum,dele
buntur de libro viuẽtiũ,dicẽte dño vnũ verbum,neſcio vos,ite maledicti. Matth.25. Vos autẽ gaudete
quoniã noia veſtra ſcripta ſunt in cœlis,nõ ꝙ dæmonibus imperaſtis: ſed quia vim intuliſtis regno dei.
Matth.11. Siquidẽ & apud Lacedęmonas nec viri aut fęminę ſepulchro licebat cuiꝗ nomẽ inſcribere,niſi eorũ qui
lacedęmo fortiter in bello periſſent. In ipſa hora exultauit in ſpiritu ſancto Ieſus: & dixit, Cõfiteor
nes. tibi pater domine cœli & terre, qa abſcõdiſti hec a ſapiẽtibus: & reuelaſti ea paruu
Matth.11. lis. Ita pater quoniã ſic fuit placitũ ante te. Vel iuxta grecum: ſic fuit bona voluntas coram te. K
Luc.10. Ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Hoti hutos egeneto eudokia emprothen ſu. Noli ergo quę
rere: quare ille vocatur: & ille reprobatur,quia ſcriptũ eſt: licet mihi facere: quod volo. Exultatio hec in
Matth.23. ſpiritu ſancto de ſuceſſu euangelicę prędicationis fuit,quoniã ſtatim vt cępit prędicare regnũ cœlorum
ſagena Petri impleri cępit,cum interim doctores legis per totã noctẽ laborãtes mare circũ euntes & ari
dam,vix vnum ... Quomõ vero multos piſcarentur,quãdo nullus ad phaſe illorum ad
mittebatur,niſi effuſo ... ſanguine? Exo.12. Et his auſpitijs initiabat legi Moſaicę,iugo alioqui gra
Actu.15 uiſſimo. Exultat igitur dominus ꝙ ad eſſet iam tẽpus euãgelicę libertatis( poſtꝗ lex ſoluerat pẽſum ſu-
um) vnde in cõſequẽtibus vocatur onus leue. Exultat in ſpiritu ſancto,iuxta illud,nõ nobis domine: nõ
Pſal.113 nobis,ſed nomini tuo da gloriã,quã certe nõ dabat deo phariſęus ille( Luce.18.) Qui nõ erat ſicut cęteri
homines

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

homines,& hinc exultabat. Sed gaudiũ eius ad inſtar puncti fuit. Iob.20. De hoc igitur gaudio quod eſt
in ſpũ ſancto dicit Paulus, Gaudete in domino ſemper. Phil.4. Hoc eſt gaudiũ cõſcientię, quod nobis
inuitis,nemo tollet a nobis. Agit igitur grãs filius patri iuxta q̃d formã ſerui accepit:qua minor eſt p̃re Ioan.16.
ꝙ hęc tã ſublimia myſteria de incarnatione verbi,de lege Moſi abolita & lata lege euãgelica,de gentiũ
vocatione,de animę immortalitate,de ęterna bonorũ remuneratione:de reſurrectione mortuorũ,de pe
ccatorum remiſſione in baptiſmate,de ſacramẽto pęnitẽtię:de trinitatis ſuper benedictę vnitate,de pau Roma.1
pertate & perfectiõe euãgelica abſcõderit a ſapiẽtibus ſęculi huius:qui euanuerũt in cogitationibus ſuis
A eaq; reuelauerit paruulis & humilibus iuxta ſęculũ:quales erãt apoſtoli,& iſti.72/qui miſſi ſunt in om
nẽ ciuitatẽ & locũ quo erat ipſe venturus. Vide optime Daniel. Cap.2. De his Paulus (1.Cor.1) Videtis
vocationẽ veſtrã &c̃. Moſes quãdo ſapiẽs ſibi videbatur:eruditus omni ſapiẽtia ægyptiorũ, cũ perge-
ret vt videret rubũ ardẽtem,audiuit ex ore dei,ne appropies huc. Poſtq̃ autẽ capite ſequẽti agnouit in Exo.4
ſipientiã ſuam,dicẽs:nõ ſum eloquens,tũc meruit videre deum primũ per ſcapulas & ſecũdo facie ad fa- Exo.33.
ciem,ita qui occultarat ſe a ſapiẽte Moſe:reuelauit ſeipſum Moſi paruulo. Dicit autẽ Plato de vno rerũ Plato.
principio vnũ mirabile. Triplex eſt inquit ignorãtia,aut ſecũdum pecunias, aut iuxta formã corporis,
aut ſecundũ dotes animę. Nã pecunias plures ſe putãt habere:qui alias mẽdici ſunt,ſicut dictũ eſt cuidã
angelo. Dicis ꝙ diues ſis,ſed ſi propius te inſpicias:pauper es: cęcus &c̃. Corporis metiuntur vmbram Apoca.3
quãdo ſol oritur vel occidit,virtutes aũt q̃ maxime omnes ſibi arrogãt. Nam olim ſeptem erant gręcię
ſapiẽtes tantũ,nũc vero nõ inuenientur idiotę totidẽ,de quibus dicit Paulus ꝙ euanuerũt in cogitatio Diogenes
nibus ſuis. Diogenes(verbi grã)punicoſa ſidera/mũdi q̃ ſpiracła putat. Xenocrates ex nubibus ignitis Xenocrtes
côcretas,extinctas autẽ interdiu,noctu carbonũ mõ recandeſcere, exort⁹ q̃ & occaſus ſolis earum eſſe
B accẽſus reſtinctus ꝗ. Quaſi nõ viderimus anno dñi,1559. Hora diei nona,ſole ecclypſin patiẽte: Cœlũ
ſtellis ornatum. Hę ſunt aniles fabulę ſine capite & deliramẽta ſapiẽtium illorũ,quę referẽte neſcio quo Cometa/
euforbio,didicerũt,& ſcripta reliquerunt in libris ſuis,de quo alias dicetur fuſius. Dicit autẽ cõmẽtator tor
Dionyſij,ꝙ ignorãtia de deo,eſt vere ſciẽcia,quę verius fideliusq; negatur in oibus q̃ affirmatur. Qđ
cũq; enim de ipſo negaueris,vere negabis. Si quidẽ approbabis hoc vel hoc illũ eſſe, falſitatis redargue-
ris,quia oium quę ſuntique dici vel intelligi poſſunt,nihil eſt. Melius ergo neſciendo ſcitur. Vnde dicit Dioniſius
Dionyſius ſuper illud,nõ videbit me homo:ꝙ debemus habere mẽtes nõ habentes oculos, iuxta illud Exo.33
Cãti.6. Auerte oculos tuos a me,quia ipi me auolare fecerũt. Tũc enim Chriſtus recedit, quando mens Canti.4
oculis intellectualibus nititur ſupernã ſapiẽtiam aſpicere. Nõ enim intrat ad illam intellectus ſed affec-
tus. Vnde illud. Vulneraſti cor meum in vno oculorũ tuorum,& hic eſt affectus amoris, vno crine qui
eſt eleuatio mẽtaliũ cõſiderationũ. Quod autẽ negãdo intelligimus quid deus ſit, exemplũ accipe fabri
C lignarij qui lignũ dolãdo pulchrã facit imaginem. Semper tamẽ videmus per ſpeculũ in ęnigmate. Sed 1.Cor.13
reuelaſti ea paruulis inquit eo modo quo oculi nicticoratiũ lumẽ quod habitat lucẽ inacceſſibilem põ-
ſſint intueri. Et hoc eſt quod Paulus alibi dicit,prędicamus ſapiẽtiã in myſterio abſcõditã, nam lippiẽ 1.Corin.2.
tibus oculis tenebrę cõmodiores ſunt q̃ ſplẽdor lucis. Et quare dicit Paulus in myſterio abſcõditam? My Chryſoſt.
ſteriũ eſt, vbi aliud dicitur,aliud creditur. Audio mortuũ chriſtũ,& eius benignitatem q̃ primũ admi-
ror,audit Paganus,& imbecillitatẽ arbitratur,imo ſtultitiã.1.Cor.1. Audio ꝙ mortuus eſt,& eius po-
tẽtiam obſtupeſco,ꝙ nec mortuus vinci potuerit:ſed mortẽ diſſoluit. Audit ille reſurrectionem,& fabu
lã arbitratur. Video baptiſma,& intelligo regenerationẽ. Ille aquas Abana & Farfar pręfert aquis Ior-
danis. Quẽadmodũ expers litterarũ litteras videt,ſcripturę vim nõ intelligit (etiã ſi legat, vide Actu.8 4.Reg.5
neq; nouit quod oculorũ ſenſu ꝑcipit:qui aũt litteris eruditus eſt,multã in his cõditã vim & totas hiſ-
torias inueniet,eodẽ modo in myſterio vſu venit. Dicit Paulus,ecce myſteriũ vobis dico, oẽs quidem
reſurgemus/&c̃/Inquit Athenẽſis ſapiẽs:nouorũ dæmoniorum anũtiator videtur. Veriſſimile eſt autẽ 1.Cor.15
inquit Chryſoſt. Eos qui audiebãt,hec dixiſſe. Quid hoc rei eſt? Nũquid vniuerſus orbis decipitur:ſophi-
D ſtę,rhetores,philoſophi,hiſtorici,pythagorici:platonici,epicurei,ꝑipatetici,imꝑatores/cõſules,Reges Chryſoſt.
indigenę,ſerui:Barbari Gręci? His ne oibus duodecim piſcatores & tẽtoriorum opifices & publicani ſa Actuũ.17.
piẽtiores erũt? Et quis nam hęc pateretur? Currus videlicet boues poſt ſe trahet. Et tamẽ his paruulis iux-
ta ſęculum reuelauit deus hãc ſapiẽtiam. Paruulis. Gręce es νηπιοις,nepijs ideſt ſtultis vel inſipientibus
vt opponatur ei q̃d pręceſſit, ſapiẽtibus & prudẽtibus. Ad prędicationẽ ergo horũ paruulorũ multi cõ-
uerſi,veniebãt cõfitẽtes & annũtiãtes actus ſuos. Multi aũt ex eis qui fuerãt curioſa ſectati:cõtulerunt
libros,& cõbuſſerũt eos corã omnibus/Actu.19. Abſcõdiſti inquit a ſapiẽtibus. Auguſti. Errare eſt ſem Auguſti.
delicet, ſed multa & vinculis vnā tātum complecti cogatur. Hec lex ſi vim obtineret in noſtra Hiſpa-
nia, nō tot vacabundi & momi ſtarēt totis diebus ocioſi in foro, digito notātes eos qui prętergrediūtur
De quorū numero erat quidā, quem ſępe ſępius ſoror a ludo redemerat. Agentem aūt cum ea Talionis Exemplū.
ꝙ ei pollicem dormiēti recidiſſet, eras dignus inquit ſoror: vt haberes integrā manum? Clemēter tecum
B actum eſt, vt vſum manus retineres ad cętera, ad ludū vero aridā & inutilem. Nicolaus de moribus gen
tiū. Lucani vt aliorum criminū ſit etiam & ocij cauſas agunt. Athenis etiā ocij cauſę forenſes aguntur.
Et obſerua Theſeum apud inferos perpetua ocioſitate dānatum. Sed audi ſequentia. Exeūtes autem
pharisęi conſilium faciebant cū Herodianis aduerſus eū: Lucas/repleti inſipiētia, &
colloquebantur ad inuicē, quid nam facerent de Ieſu: Matthęus & Marcus: quomodo
eū perderēt. Hieronym. Mirabilis phariſęorū vęſania (vere enim pſillis egebant & ſcutica,) quęren- Hierony.
tes dn̄m perdere, propter id ſolū ꝙ cęmētarius manum iuſſus eſt extendere in ſabbato: cū ipſi alias oues
& boues lapſas in foueas in ſabbato ſubleuarēt. Chryſoſtom. Vobis licet ouem in ſabbato ſaluare, mihi Chryſoſt.
nō licebat hominē verbo ſanare? Ecce nec medicinā appono, nec manū ſuper illum extendo, dico verbo
& ſanatur mācus: & legē ſabbati veſtri nō trāſgredior, & ſine quouis opere opus virtutis. Conſummo
Sed phariſęi plus diligunt ouē ꝙ̄ hominē. Vnde dn̄s ſic ſoluit quęſtionē ſuam, & ipſorū, vt eos auaritię
C inſimulet dicēs, vos ouē extrahitis, bouem adaquatis: nō quidē cōſulentes vitę pecudis (auertat deus) ſed
auaritię veſtrę, Ego vtilitati hominū cōſulens, bene de oibus mereor. Alioqui lex ita dixit, omne opus
ſeruile nō facietis in ſabbato. Deniq; ſi deus offenditur in opere ſabbati, ſine dubio infirmitas nō fuga- Exo. 20.
retur, quia non poteſt iniuriā dei beneuolētia ſequi. Sūt autem manus huius aridę digiti quinq; (non ꝙ Hierony.
plures nō ſint, rapinarū enim & vſurarum delicta & artes quis enumeret) cupiditas acquirēdi, radix oi-
um malorū. 1. Tim. 6. Labor acquirēdi per fas & nefas; piſciū quiterūt ſemitas maris & inuicē deuorāt
iuxta Habachuc. Sollicitudo cōſeruādi: & ampliādi horreas. Luc. 12/ Studiū multiplicandi: vę qui cōiun Cap. 1.
gitis domū ad domum & agrū agro. Infidelitas in diſpēſando, redde rationem villicationis tuę. Luc. 16. Eſai. 5.
Sunt tamē quidā de genere gigātęo terrę filij, qui ſenos habēt digitos cū in manibus tum & in pedibus.
2. Reg. 21. Iſti ſunt Tantali eruſcatores quorū oculi nunꝙ̄ ſaciātur viſu. Eccl. 1. Itaq; phariſęi more can-
tharorū qui alieno ſtercore paſcūtur: peruertētes naturę ordinē, flētes cum gaudentibus, & cū flentibus
gaudentes, viſo tā inſigni miraculo, nunquid glorificauerūt deum, qui talē poteſtatē dedit hominibus?
D Abſit tātus error a tā cordatis litteratoribus. Sed meditabātur quomō Ieſum e medio tollerēt, a deo ni-
hil eſt falſa iuſticia peſtilētius. Pleni igitur inſipiētia (mādragora em̄ erat iumētorū) & liuore perciti cra- Roma. 12.
bones iſti cogitabāt & agitabāt cum Herodianis cōſilia phrenetica: quę tamē non potuerūt ſtabilire,
quia nō dum venerat hora ſua & poteſtas tenebrarum. Luc. 22. Qui fuerint Herodiani iſti quibus cum
conſiliati ſunt iſti capita ſine cerebro dicetur Matth. 22. Cum erit ſermo de cenſu Cęſaris. Dominus er- Pſal. 20.
go qui nō venerat vt redderet malū pro malo (Rom. 12) Nō perdere animas ſed ſaluare ceſſit furori eorū
vnde ſequitur Marci. 3. Ieſus autē ſciens: receſſit inde cū diſcipulis ſuis ad mare, & mul-
ta turba a Galilęa & Iudęa ſequuta eſt eum, & curauit eos, & ab hieroſolymis & ab
idumęa, & trās Iordanē: & qui circa Tyrū & Sidonē multitudo magna audientes
quę faciebat, venerunt ad eū. Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vt in nauicula ſibi deſer-
E uirēt, propter turbā: ne cōprimeret eum. Petijt nō ſeruitiū diſcipulorū in naui: ſed vſum nauis
ad ſedēdum ne comprimeretur, &c̄. Multos enim ſanabat, ita vt irruerēt in eū, vt illum tan-
gerēt quot quot habebāt plagas. Et ſpiritus immundi cū illum videbāt, procidebāt 4. Reg. 5
ei & clamabāt dicētes: tu es filius dei, & vehementer cōminabatur eis: ne manifeſ- Chriſoſt.
tarent illū. Chryſoſt. Nec enim poteſt fieri, vt malicia ratione placetur: Ignorācia quidē ratione per-
ſuadetur, iuxta illud, pater & ſi rē grandē dixiſſet tibi, facere debueras nūc autē nihil difficile pręcepit, id
ꝙ maxime ſi tēpus vernum erat) ſed lauare & mundaberis. Cęterū deſtinata malicia potius irritatur. Ita
habes, 2. Reg. 20. Reddēte Ionatha rationē Sauli patri quare Dauid abeſſet, a cęſa: iratus Saul in filium
fili inquit mulieris vltro virū rapiētis, nunquid ignoro ꝙ diligis filium Iſai in confuſionem tuam? Alias
autē quando nō dum cōſummata fuerat malicia Saulis in Dauid, placatus voce Ionathę iurauit Saul
dicens: viuit dn̄s, quia non occidetur Dauid. Vulpes tn̄ hęc mutabat pilos, nō mores, & tamē iuramētū 1. Reg. 19
firmum fecit

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

firmū ſtetit, licet Saul cōſiliū ſępe mutaſſet in detrimētum alterius. Dedit igitur dn̄s locū irę. Qui eīm ſu-
Actu.6. gerit ſubmiſſus in ſporta, denuo pugnabit, Sic ceſſit furori fratris ſanctus Iacob. Gene.28. De hoc Ioā.10
Quod aūt ſequitur:& multa turba: expoſitū eſt Luc.5. Ibi: cum turbę irruerēt. Iten Matth.4. In fine. Et
Matt.14. Ibi/& cū audiſſent turbe. Quod ſequitur, & ſpiritus immūdi, expoſitū eſt Luc.4. Ibi, obmu-
teſce. Pręcepit itaq; eis/vel dęmonibus iuxta Marcum vel apoſtolis iuxta Matthęū: ne manifeſta-
rēt illū. De quo dicitur Matth.16. Vbi ponuntur eadē verba. Vt adimpleretur quod dictū eſt ꝑ
Eſai.42 Eſaiā prophetā dicentē, Ecce puer meus quē elegi, dilectus meus in quo bene com
Sco.4.Di. placitū eſt animę meę. Ponā ſpiritū meū ſuper eum:& iuditiū gentibus nunciabit. F
15.q.1 Nō contendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis vocē eius. Harundinē ca-
ſſatā non cōfringet:& linum fumigans nō extinguet, donec eijciat ad victoriā iudi
Hierony. tiū:& in nomine eius gentes ſperabūt. Hunc locum ita ediſſerit Hieronimus. Ecce ſeruus me-
us. Nec mirū ſi vocetur ſeruus, factus ex muliere: ſub lege cū in forma dei eſſet, quandoquidē miniſtrare
Luce.22. venit. Matth.20. Et ego in medio veſtrū ſum ſicut qui miniſtrat, lauit enim pedes ſuorū, & linteo ab-
ſterſit, id autē ſeruorū eſt. Ioan.13. Et in ęterna retributione, pręcinctus tranſiens miniſtrabit ſeruis ſuis.
Luce.12. In quo cōplacuit ſibi anima mea, cernens in illo oēs eſſe virtutes, & ipſe eſt dei virt9 & ſapiētia in quo
pleniſſime requieuit anima dei, quicquid ſit illud quod nomine animę dei ſignificatur. Dedi ſpiritū me-
um ſuper eum, de quo, Luc.3. Venit autē ſpiritus ſanctus ſuper Chriſtū (corporali ſpecie ſicut columba,
hoc eſt columbę ſpecies ſymbolū fuit ſpiritū ſanctum deſcēdiſſe ſuper dn̄m Chriſtum) non vt acciperet
quo plenus erat, ſed vt agnoſceretur quis eſſet: nēpe filius dei dilectiſſimus. Iuditiū gētibus proferet, de
quo dicēdum Matt.25. Cum enim accepero tempus, ego iuſticias iudicabo. Pſal.74. Ad hec Plutarchus G
Si tarde & lente deum flagitioſos corripere videmus, non ideo accidit quoniā ob propriā animaduerſio
nis celeritatē erroris vel pęnitentię crimē vereatur, ſed vt a nobis feritatē ac vindictę impetum auferat:
doceatq; nō ira accenſos, aut cū furor ęſtuat & feruet, rationē q; altius ſaltādo exuperat (Veluti cū ſitim
famē ve ſaciate conamur) qui nos affecerūt iniuria vlciſci, ſed illius imitatos manſuetudinē, hora cōſul-
trice nos vindicare, ne protinus impetū fera & inutilis ſequatur pęnitentia. Rapidę enim quē piam in-
cidere aquę, eiuſq; ſe comittere gurgitibus leuius (vt ſocrates aiebat) eſt periculū ꝙ furore & ira accen-
ſum vindictā expetere, anteꝙ deferbuerit. Et huiuſmodi vindictā, ira reſidente ſumere: diuinę virtutis
cēſere debemus eſſe particulā. Hāc enim deus oſtendit, cū paucos puniendos corrigit, tardius vero ani-
maduertendo: multos hortatur, iuuat, ac admonet. Et putes te audire loquentē, nō Plutarchū, ſed ſpiri-
tū ſanctum. Nō clamabit. Erit enim mitis & māſuetus, quia ſicut ouis coram tondente ſe, obmuteſcet. H
Eſai.11 Eſai.53. Alias aūt: hec dicēs clamabit, qui habes aures &c̄, Luc.8. Nō accipiet perſonā, nō ſecundū vi-
ſionē oculorū iudicabit. Vnde illud. Actu.10. In veritate cōperi: ꝙ nō ſit perſonę reſpectus ante deū. De
Plato hoc Plato in dialogo. Partiti fuerāt imperium Iupiter Neptunus & Pluto poſtꝙ id a patre acceperūt.
Erat igitur de hominibus inter deos lex:& regnāte Saturno, & adhuc eſt: vt hominū quicunq; iuſte &
ſancte vitā egiſſent: poſt mortē beatorum adiret inſulas, ibi q; procul a malis habitaret in omni felici-
Iudices. tate. Qui vero male, ſuplicij tartarū ac carcerē adiret. Horū aūt iudices ſub Saturno & Ioue viuētes erāt
viuentiū, ea die iudicātes qua erāt morituri. Poſtea cauſę quodāmodo nō recte iudicabātur. Itaq; Plu-
to & qui ex beatis inſulis hec curabāt, ad Iouē profecti, dicebāt, indignos ad ſe homines vtrobiq; acce-
dere, quibus Iupiter, ego inquit ne hoc fiat: prohibebo. Nūc enim cauſę inique iudicātur, nā viuentes iu-
dicātur. Multi autē inquit ille ſceleſtas animas habentes (obſerua verba Platonis amice lector) induti
ſunt corpore pulchro, genereq; atq; diuitijs (ſicut epulo ille ex Luca.16) Et cū aderit iuditiū, accedūt ad I
eos ꝙ plurimi, ꝙ iuſte vixerint teſtificaturi: iudices vero ab ijs perterre fiunt. Simul & ipſi induti iudicāt
ſuas ipſorū animas oculis & auribus ac toto adoperti corpore. Hec itaq; oīa ipis obices ſunt, ſua vide-
licet & ipſorū qui iudicātur indumēta, Primū autem cauendū eſt, ne ipi proſpiciāt mortē: nūc enim prę
norūt, ſed Promethęo iā dictum eſt vt hoc prohibeat, poſtea hi oēs nudi iudicādi. Defunctos enim opus
eſt iudicari, ipſum q; iudicem nudū eſſe oportet, defunctū, anima ipſa animā ipſam cū primū quis dece
ſſerit cōtemplātem, oībus cognatis deſtitutā: omne q; illud ornamētum relinquentē, vt ęquū ſit iuditiū
Hec verba Platonis in dialogo de anima ſi conferantur cū verbis Eſaię: nō ſecundum viſionē oculorum
iudicabit, & nō accipiet perſonā, videbis oīa ad amuſim quadrarę. Prudēs autem lector oīa probet, &
quod bonū eſt eligat. Sequitur. Nec audietur foris vox eius, quia nō eſt miſſus niſi ad oues quę perierāt
domus iſrael. Calamum caſſatum nō conteret. Cunctis erit placabilis. Samaritanę, Ioan.4. Peccatrici,
Luc.7. Etiā latroni ei primo in cruce inſultāti. Et linū fumigans nō extinguet. Qui enim proximi erant K
Luce.23. extinctioni, dei clemētia ſeruabantur, ſed cū veritate oīa iudicabit, ſicut illud, qui ſine peccato eſt, pri-
mus lapidē mittat. Ioan.8. Et illud, reddite quę ſunt Cęſaris Cęſari. Et illud, erratis: neſciētes ſcripturas
Matth.22. Et in nomine eius oēs gētes ſperabunt, qui enim pręibant & qui ſequebātur, omnes clama-
bāt benedictus qui venit in nomine domini. Nec eſt mirū ſi in deo nominatur aīa: cum vniuerſa huma
ni corporis membra ſecūdum leges Tropologię & diuerſas intelligentias habere dicatur. Deniq; linum
fumigās uon extinxit, populū videlicet de gētibus cōgregatū: qui extincto legis naturalis ardore, fumi
amariſſimi tenebroſęq; caliginis inuoluebatur erroribus: quē dominus nō ſolum nō extinxit & in cinerē
redegit, ſed [illegible]trario exparu[illegible] ſcintilla & pene moriente maxima excitauit incēdia, ita vt totus orbis
Luc.12. arderet igne illo quē ſp[illegible] in terrā. Poteſt & per calamū caſſatū intelligi populus iſrael: qui fuit an
Matth.21. tea vocalis, & in laudes d[illegible]mini cōcinebat. Qui quoniā impegit in angularē lapidem & cecidit ſuper eū
fractus eſt. Sed tamē & ipſi vocātur ad penitentiam, aut rogantur vt ingrediantur ad cōuiuium vituli.

Luce.5. Cete-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Luc.15. Cęterū Eſaias vnū verbū ad iecit, quod prętermiſſum eſt vicio ſcriptoris vt putat Hieronymus,
videlicet nō erit triſtis neq; turbulētus donec ponat in terra iudiciū. Hoc autē propriū eſt Chriſti, quod
tamē falſo philoſophi de Socrate gloriātur, nunq̄ eū plus ſolito nec triſtē fuiſſe nec lętū, nam hoc ad vn Socrates.
guē nec dn̄s xp̄s ſeruauit, nō enim erat irriſibilis lapis, ſed cępit pauere & tędere, & iuxta Marcū: cōtri- Matth.26.
ſtatus eſt ſup cęcitate iudęorū, & iratus capite tertio. Refert ergo ad ęqualitatē mētis, Theophy. Donec Theophi.
ijciat ad victoriā iudiciū. Necē haberēt qđ pręrexerent, oīa ſuſtinuit, vt poſtea cōdēnaret eos nihil cō
tradicētes. Et quid nā eſt q̄d nō fecit vt lucri faceret eos? Sed noluerūt. Vide Eſa.5. Et illud, hierl'm quę occi
A dis p̄phās: o q̄ties volui cōgregare filios tuos ſub alis meis & noluiſti. Vide Lu.14. Vn̄ i eū gētes ſpabūt.

## Caput. xvij. De mulieribus quibuſdā Chriſtū ſequētibus & de parabo la ſeminātis cui? ſemē in terrę diuerſas partes cęcidit cuius etiā tres par tes pereunt vna faciente fructum ediſſerit dominus parabolam.

ET factū eſt de inceps & ipſe iter faciebat per ciuitates, euangeli-
zans regnū dei, & duodecim cū illo, & mulieres aliquę que erāt Luce.8.
curatę a ſpiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quę vocatur
Magdalene de qua ſeptem dęmonia exierāt, & Ioana vxor Chu
zę procuratoris Herodis: & Suſanna & alię multę quę miniſtra-
bāt ei de facultatibus ſuis. Nō ergo abſq; cōpetēti argumēto vocatur ge-
B nus muliebre deuotū ab Auguſtino. Et arbitror q̄ ſine nota adulationis poſſu-
mus dicere dn̄m Ieſum plura pietatis officia ſuſcepiſſe a deuoto fęmineo ſexu mu
lierū, q̄ ex viris ſpiritualibus. Nā & vtebatur hoſpitio Matthę, cuius ſoror pedes
eius vnxit, & exterſit. Ioan.12. Et Luc.7. Ab altera idē ſuſcepit officiū: alia vnxit eius caput. Matth.26. De pęnit.
Mulieres lamentabātur eū cū duceretur ad mortem. Luc.23. Mulieres aſtabāt moriēti Ioan.19./Mat.27. Diſt.3.Ca.
Luce.23. Et ſtudio pietatis parabāt aromata, & valde mane veniunt ad monumentū. Et recedētibus cū Sūt plures.
ctis Maria nō recedebat, Ioā.20. Mulier denīq; quedā extollens vocē de turba, beatus inquit venter qui
te portauit. &c. Luce.11. Denīq; ſicut nūc refert Lucas, faciēti domino iter per Caſtella comites erāt mu
lieres aliquę vere religioſę, de quibus dn̄s Ieſus bene meritus fuerat. & ne ingratę eſſent beneficiorū cu-
mulo (quid enim retribuerent dn̄o nō dico pro oībus, ſed pro ſingulis quę acceperāt de manu dn̄i?) Mi-
niſtrabāt ei de facultatibus ſuis. Cui ei? Qui cū eſſet diues, quippe qui paſcit coruos inuocātes. Pſal.146. Pſal.115.
C Et implet omne animal benedictione. Pſal.144. Pro nobis egenus fractus eſt, vt eius inopia nos diteſ-
ceremus. 2. Cor.8, Chryſo. Nō poterat Chriſtus qui ex quinq; panibus fecit ſuper eſſe duodecim cophi-
nos fragmētorū, ſeipm̄ paſcere & ſuos qui ſecū mulieres ducebat, & quę ei de ſuis facultatib? miniſtrarēt Chriſoſto
Sed illud volebat in primis nos docere, q̄ illorū ſummā curam gerit, qui op̄a miſericordię exequūtur. Vir
ginitas nāq; & ieiuniū & ciliciū ſoli faciēti pro ſunt, at vero eleemoſyna quę eſt mater charitatis, oīa
cōplectitur, charitas inquā quę eſt propriū religionis chriſtianę inſigne. Et intuere eleemoſynę materiā,
quę antea diſiūcta erāt, cōuenere, atq; impedimenta oīa ſublata ſunt, & cum ipſorum animę cōiunctę.
Oium inquit erat cor vnū & anima vna. Cęterū qui pauper eſt, gaudeat q̄ quemadmodum qui nudi Actu.4.
effugiūt, nemo facile tenere poteſt: qui vero veſtimenta poſt ſe trahit, eū quilibet cito apprehēdit: eadē
ratione diues & pauper ęſtimādus eſt. Sed ſurdis canimus. Apoſtolus aūt Paulus vt aliquid ſuper ero-
garet pro cura eius qui incidit in latrones: & vt eſſet ſeruus vtilis (Luc.17. Nō eſt vſus hac poteſtate: vt
mulierē circūduceret, quę miniſtraret ei terenti euangelicā arcā, ſicut ipſe dicit. 1. Cor.9. Et tamen dn̄s Ie-
D ſus qui dat eſcā omni carni, loculos habebat. Ioan.12. Qui alias dixerat, aſpicite lilia, Matt.6. Et ſufficit Luce.10.
diei malicia ſua, hoc eſt iuxta Hieronymū, ſufficit nobis de pręſentibus huius ſeculi cogitare anguſtijs. Hierony.
Quid enim neceſſe eſt ſenſum ad incerta & futura extendere, quę aut cōſequi non poſſumus, aut forſan
cito inuenta perdamus? Quando ergo de futuris dn̄s nos cogitare prohibuit, cōceſſit de pręſentibus pro-
pter humanę vitę fragilitatem. Suſcepit igitur dn̄s oblatā a religioſis fęminis benedictionē, non extorſit
ab inuitis. De hoc Paulus. 1. Cor.16. Vnuſquiſq; veſtrū apud ſe reponat quod ei bene placuerit. Cui re-
ponet? Ei qui ſua nos ditauit inopia. Ergo & fęminę iſtę beatę inopia Chriſti diuites factę ſunt. Quia
& eorū opus prędicabitur in toto mūdo. Sequitur. Cū aūt turba plurima conueniret, & de ci- 1.Cor.8.
uitatibus properarēt ad eū, Marcus.4.C. Ipſe in nauim aſcendēs: ſedebat in mari: &
omnis turba circa mare ſuper terrā: & loquutus eſt eis multa in parabolis dicēs, in
E doctrina ſua. Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemē ſuū & dum ſeminat, aliud cecidit ſe-
cus viā: Lucas: & cōculcatū eſt, Tres euāgeliſtę/ & volucres cęli comederūt illud. Et ali
ud cecidit ſupra petrā, iuxta Lucā: & Marcū, Mattheus dixit Cap.13. In petroſa, vbi nō ha-
bebat terram multā, & cōtinuo exorta ſunt: quia nō habebāt altitudinem terrę. So-
le autē exorto ęſtuauerūt: & quia nō habebāt radicem aruerunt. Eadem in ſentētia dicit
Marcus. Lucas autē dicit Cap.8. Et natū aruit quia non habebat humorem. Tres euāgeliſtę/
Aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortę ſpinę vel aſcēdentes ſpinę ſuffocauerunt
illud: Marcus, & fructū non dedit: Mattheus/ Alia aūt ceciderūt in terrā bonā: & dabāt
fructū aliud/100/aliud/60/aliud/30/Marcus/ & aliud cecidit in terram bonā: & dabat fru-
ctū aſcēdētē, & creſcētē: & afferebat/vnū/30/aliud/60/aliud/100/Lucas/ & aliud cecidit ī
terram bonam: & ortum fecit fructū centuplū. Iuxta beatum Gregorium lectio huius ſancti
euangelij

Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

euãgelij expoſitione nõ indiget,ſed admonitiõe,nã quam ſapiẽtia dei expoſuit,hãc humána fragilitas/
diſcutere quomõ prẹſumit? Et tamẽ dicendũ eſt aliquid,ſi nõ exponẽdo,admonendo ſaltem.Scriptũ eſt
aũt Canti.1.Similitudines auri faciemus tibi cũ diſtinctionibus argẽti, vſq; quo rex eſt in recubitu ſuo.
Origenes. Origenes.Indicant angeli qui ante aduẽtũ Chriſti velut paruulẹ adhuc ſpõſẹ tutelam procurabãt: ipſi
enim ſunt ſodales ſpõſẹ,ꝙ ipſi faciãt ſpõſe non aurũ,neq; enim tale habẽt aurũ quale dignũ erat offerri
ſpõſẹ,ſed pro auro ſe ſimilitudines auri facturos promittũt.Idem dicũt de argẽto. Quaſi enim habentes
paruã argenti materiam,promittũt ſe ei facere nõ ſimilitudines ſed diſtintiones ſolas ac ſigna quẹdam
Hebre.10 parua velut pũcta inſerta illi operi.Lex ergo & quẹcũq; in illa ad vmbrã pertinent veritatis ſicut dicit
Apoſtolus oĩa hec ſimilitudines auri fuerũt quas fecerũt ſpõſẹ ſodales ſui,nõ ipſum aurũ quod ſignifica F
bãt(ſicut & omnis iudaicus cultus)vt ex illis ſimilitudinibus cõmonita & prouocata,veri auri deſide-
riũ caperet.Sũt tamẽ in his paruẹ quẹdam diſtinctiones argẽti iuditia videlicet ſenſus ſpiritualis verbi
& interpretationis rationalis,ſed valde rara & exigua. Ante aduẽtum nãq; domini vix eſt vbi prophe
Eſai.5. tarũ aliquis paruũ quiddã occulti ſermonis aperuerit(verbi gratia)Vt cũ Eſaias dicit:vinea dñi domus
iſrael eſt. Et Ezechiel duas ſorores nominãs Ollam & Oolibã Cap.23.Et ſimilia quẹdã(Vide Hier.24.
Matth.27. De duobus calatis ficorũ)quẹ ex ipſis prophetis interpretata ſunt & aperta.Iſtẹ diſtinctiones argẽti di
cũtur.Sed vbi ſaluator venit,& in paſſione ſua velũ eſt ſciſſum,omnia quẹ velabãtur, in luce prolata
ſunt. Tũc enim intelleximus ꝙ petra eſt Chriſtus,mare baptiſma,nubes ſpiritus ſanctus, Mãna verbum
1.Cor.10 dei:& agnus paſchẹ ſaluator,& ſanguis agni paſſio Chriſti:& velũ templi caro eius, quo Diuina illa
Exo.12 & arcana tegebãtur.Hec ſunt quẹ multi reges & iuſti voluerũt videre(Luce.10)Nec viderũt:niſi forte
Ioan.8. alõge ſicut Abrahã,quia rex erat in accubitu ſuo,& loquebatur nobis per retia & cãcellos,poſt parie G
tẽ & velũ:nõ omnibus ſed vix vni Moſi,ſicut ſcriptũ eſt,cũ ingrederetur Moſes tabernaculũ fẹderis:vt
cõſuleret oraculũ,audiebat vocẽ loquẽtis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcã teſtimonij inter du
os cherubinos.Nũ.7.Nũc aũt poſtq; in fine ſẹculorum qui loquebatur de propitiatorio & per os oium
prophetarũ,exijt ſeminare ſemẽ ſuũ,& nõ ſimilitudines auri,ſed verum ſecũ attulit aurũ,tanta turbarũ
multitudo ad eum cõfluebat,vt nauim ſit cõpulſus cõſcendere,quo cõmodius ſemẽ verbi cœleſtis ſuper
rationalem terrã ſpargeret. Nã reuera ipſo etiã ſeminãte,pars quẹdam cecidit ſecus viam,quẹdã in pe-
troſa,quẹdam aũt inter ſpinas &c. Nec tamẽ ipſe dominus qui aurũ verum eccleſiẹ attulit,omnia expo
1.Cor.13 ſuit quẹ dixit,ſicut dicetur in cõſequẽtibus,primũ quidẽ quia adhuc videmus per ſpeculum, & ſi nõ per
Gregorius velũ & per parietem.Secũdo inquit Gregorius:vt ſciamus & nos rerũ ſignificatione quẹrere in his etiã
quẹ per ſe ipſum noluit explanare.Irruẽtibus igitur turbis:dñs cõſcẽſa nauicula,dixit per ſimilitudinem H
Origenes. Exijt. Origenes.Eſt aũt parabola ſermo quaſi facti nõ autem facti iuxta quod dicitur,poſſibilis autem
fieri,rerũ ſignificatiuus,per trãſſumptionem rerũ earum quẹ in parabola dicũtur:ænigma vero eſt pro-
ceſſus ſermonis in his quẹ tradũtur quaſi facta,quẹ tamẽ non ſunt facta,nec poſſibilia fieri, ſignificant
Chryſoſt. vero aliquid in occulto,ſicut illud,ierũt ligna vt vngerẽt ſibi regem.Iudi.Cap.9. Ad hec Chryſo. Dñs
quidem Ieſus aduẽtum ſuum in carne exitũ vocat dicẽs,exiui a patre.Ioan.16.Et hic.Exijt qui ſeminat.
Geneſ.3 Apoſtolus aũt introitum vocat dicẽs.Et iterũ cum introducit primogenitũ in orbem.Hebr.1. Foris eñ
eramus,ex die qua in parẽte noſtro eiecti ſumus de loco delitiarũ:& accepimus hẹreditatem terram arẽ
tem & ſalſuginis,quẹ nec ſeri poteſt.Nũ.20.Et quaſi poſiti ante regales aulas,quas pellibus induti,in-
gredi nõ poteramus.Eſter.4:Sed exijt ad nos filius dei:& ſeminauit bonũ ſemẽ in terra rationali mentis
Matth. 13. noſtrẹ,& emẽdatos cẹleſti diſciplina,quia pro ſpinis fructũ centeſimum produximus,in aulã ſuam redu
xit:ſicut ſcriptũ eſt,triticum autẽ cõgregate in horrea mea.Cẹterũ apoſtolus introitum vocat ex meta I
Geneſ. 4. phora hẹreditãtium,& ius dominãdi in aliqua poſſeſſione ſumẽtium.Exijt igitur ad nos qui foras vaga
bamur cum Cain:& iuxta verbũ eius apud Ionam, veluti iumẽta neſciebamus quid eſſet inter dextrã
& ſiniſtram,miſeratus exiliũ noſtrum:exijt aũt vt ſeminaret ſemẽ ſuum.Vocatur verbũ dei ſemẽ, quia
ſicut ex paucis granis ſẹpe multa ſeges cõſurgit,ita ex paucis verbis Chriſti multa ſupullulãt bona(ver
bi grã)Sũt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerũt.Propter regnũ cœlorũ.Verbũ hoc vnicum licet ſepultum in
corde multorũ multã virginũ meſſem parturiuit.Itẽ illud Matt.7.Oĩa quẹ vultis vt faciãt vobis hoĩes
& vos facite illis,in hoc vnico verbo impletur tota lex imo & euãgelium.Itẽ illud, Eccs.12. Time deum
& recede a malo,hoc eſt omnis homo.Dicit hoc loco de aureola virginitatis,quã vere habuit Maria &
ꝙ nõ eſt incõueniens aut cõtra honorẽ eius dicere eam fuiſſe tẽtatam de virginitate &c. Quãdo vnic?
eius,dñs Ieſus Chriſtus de grauiſſima oĩum tẽtatione impetitur puta idolatria? Chryſoſto. Ab initio de
us hominẽ formãs,legem ipſi indidit naturalẽ.Et quid tandem eſt lex naturalis; Cõſciẽciam nobis expre- K
ſſit,& per ſe diſcibilẽ cõſtituit bonorũ & cõtrariorum ſciẽciam.Quid ergo promiſit ſerpẽs? Nõ eñ opus
Exo.20. habemus dicere ꝙ malum eſt fornicatio & bonũ eſt cõtinẽtia,ſed hoc ab initio ſcimus.Cum enim legis
lator diceret poſtea,nõ occides:nõ intulit,quia malum eſt cẹdes, quoniã hoc iam cõſciẽcia nos docuit,
& tanq; ſciẽtibus ita loquitur. De ſabbato aũt quod nõ eſt tale prẹceptum,dicẽs nõ facies opus,addidit
cauſam,quia hoc eodẽ die deus requieuit & tu ſeruu[illegible]iſti in terra ægypti.Illorũ ſciẽtiam a natura ha-
bemus,horum aũt & ſimilium nõ item,quia pẽdent a volũtate dei.Hinc Adã vt guſtauit fugit.Nec eñ
Geneſ.3. erãt tũc lit[illegible]vel lex,&tam[illegible] nõ ſolum ſe occultat,quin & vocatus,peccatũ in alterũ retorquet. Hoc
Auguſti. eſt igitur ſemẽ quod ſe[illegible]r ſeminauit,cũ exijt primũ.Vnde Auguſtinus. Etiam illi apud dñm inex-
Gene.28. cuſabiles ſunt,quibus lex ſcripta data nõ eſt,quomõ & qui audito euãgelio nõ crediderũt quia per ſca-
lam Iacob,ideſt per librũ operum dei poterãt noſſe creatorem. Nã & ſeruus ille ignauus qui dixit:metis
Luc.19. vbi nõ ſeminaſti,& ipſe vnũ talẽtum acceperat,hoc eſt ſciẽciã boni & mali dicẽte apoſtolo, gẽtes quẹ
legem non

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

legē nō habēt, naturaliter ea quę legis ſunt faciūt, ipſi eñ ſunt ſibi lex, qui oſtēdūt opus legis ſcriptum
in cordibus ſuis. Vnde illud Eſai.24. Terra interfecta eſt ab habitatoribus ſuis, q̄a trāſgreſſi ſunt leges,
mutauerūt ius, diſſipauerūt fędus ſempiternū. Hierony. Audiāt iudęi qui ſe ſolos accepiſſe legē domini Hierony.
gl'iant, q̄ vniuerſę primū gētes naturalē accepint legē. Viue vocis oraculo vt ita dicā, nō ſcriptā: non
exaratā, nō inculcatā auribus ore prophetarū. Et id circo poſtea lex data ſit per Moſen, quia p̄ma lex
diſſipata eſt, de qua Paulus dicit, cū enim gētes. Itaq; ſeminator iſte bonū ſemē ſeminauit, tamen pars Gene.15.
ſeminis cecidit ſecus viā, & hoc oīno perijt, vel cōculcatū, vel ab auibus deuoratū. Et hę ſunt aues q̄s
Abrahā abigebat á ſacrificio ſuo. Et quęrēdum videtur, ſi aues iſtę dæmones ſunt, quomō paſcūt ver-
bo dei. Sed memēto q̄ eſcę eius electę ſunt, iuxta Habac. Cap.1. Dicūtur tñ vorare ſemē verbi cęleſtis
A quia tollūt illud penitus a memoria audiētis: iuxta q̄d iumēta quę nō rumināt ſed vorāt ſtatim omnia
immūda ſunt. Queritur rurſus quare herbę nociuę & melius frugis quarum nulla cura eſt agricolę vel Leui.11.
holitori citius & vberius pullulāt in hortis & in agris, q̄ ea quę manu holitoris ſumma cura ſeminata
ſunt. Solutio. Sicut mulier vidua quę ex priore viro ſuſcepit filios: ſi ſecūdo nubat viro qui & ipe do-
mi habet filios ex vxore priori, huiuſmodi vidua ſuis quidē filijs mater eſt: filiorū aūt mariti nō mater
eſt ſed nouerca. Ad hunc modū trr̄a quidē ſeminū quę penes ſe hʒ mater eſt, idioq; horū pręcipuā gerit
curā. Cæterū ſeminū vel holerū quę holitor ſerit vel plātat, nō mater eſt ſed nouerca. Caro nr̄a de qua
Paulus, ſcio q̄ nō habitat in carne mea bonū, virtutū nouerca eſt, vitiorum vero mater legitima. Vnde
Paul⁹ licet carnē domet & i ſeruitutē redigat, nihilominus captiuus ab ea ducitur imo trahitur neſcio
q̄. Vnde exclamat, o me infelicē. Et vnde infęlicē? Datus eſt ſtimulus carni meę. De filijs aūt Agar qui Rom.7.
B ꝓprij ſui ſunt habes Gal.5. De his quid dicit ſcriptura? Ejice ancillā & filios eius. Geneſ.21. Et quare o Gene.16.
bona Sara o bona princeps lactaſti & tuo ſinu fouiſti ſemē alienū, filiū carnis, filiū ancillę? Cuius ma-
nus cōtra oēs? Aſinū inquit ſub freno currere docebā: ſi forte cicurarer, & dicto eſſet obediēs, verum q̄m Proue.biū
oīs labor & impēſa perijt, eijce ancillā & filiū ſum. At inquit Paulus bonū eſt q̄ vel ſero ſapuiſti, ſa-
piēcia enim carnis inimica eſt deo, legi dei nō eſt ſubiecta, nec enim pōt. Rē igitur impoſſibilē nititur Rom.8.
qui carnē ſub freno currere docet, ſui iuris eſt, vitiorū mater, nouerca virtutū. Si dicas Paulū fuiſſe mū Gal.6.
do mortuū & crucifixū: reſpōdeo, vna hirundo nō facit ver, Alias ſi mortuus erat, quomō captiuus du- Prouerbiū
citur? Rom.7 Quomō ſtimulis vrgetur? Et tu nūc & in terra hac cui maledixit dn̄s, & quā ſerpēs mādu- 2.Cor.12.
car[illegible] etur, ſemina. Nihil aliud metes q̄ corruptionē. Gal.6. Id oſtendamus competenti hiſtoria. De⁹ Philo.
[illegible] maliciam hoīum, & q̄ oīs homo corrupat viā ſuam (ſiquidem iuxta Philonē gigātes vaſtitate
corporis ac robori cōſiſi in armis ſuis quorū vſum inuenerūt, oēs opprimebāt, libidiniq; inſeruientes, in
C uenerūt papiliones & inſtrumēta muſica & oēs delicias, manducabāt homines, & procurabant abor
ſus, in eduliū q̄ pręparabant, & cōmiſcebantur matribus: filiabus ſororibus maſculis & brutis, & nihil Gene.6.
erat ſceleris qd' non admitterēt, cōtemptores religionis atq; deorū) pręcauens in futurum, tactus dolore
cordis, octo tm̄ animabus tanq̄ granis vel ſpicis octo in arca reſeruatis, vnde genus hominum ſecundo
multiplicaretur, cęteros diluuio perdidit. Ex his octo animabus ſeptē bonę erant vt pie credimus, vn⁹
Cham anima maligna. Et tamen cum boni eſſent ſeptem malus vnicus, nunc ſtultorum infinitus cum Gene.15.
ſit numerus, hoc eſt palearum ingentes aceruí, grana tamen per rara inferuntur dominicis horreis Mat.
Cap.13. Aut ſicut dictum eſt Abrāę in viſione, ſic erit ſemē tuum: oſtēſis ſtellis & arena. De vno tantū
legimus, q̄ ſeminauerit in trr̄a & inuenerit centuplū. Gene.26. Quod autē accedēte cultura trr̄a ꝓfe-
rat pro ſpinis frumēti copiā, oſtēdamus ſequēti exēplo. Plinius lib.18. Caius furius e ſeruitute liberatus Plinius.
cū in paruo admodū agello largiores multo fructus percipet q̄ ex āpliſſimis vicinitas, in inuidia mag-
na erat, ceu fruges alienas pelliceret beneficijs, quam obrē a Spurio Albino die dicta, metuens damna-
D tionem cū in ſuffragiū tribus oporteret ire, inſtrumētum ruſticū omne in forū attulit, & adduxit filiam
validam atq; bene curatam ac veſtitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres pondero-
ſos, boues ſaturos, poſteaq; dixit, Veneficia mea quirites hęc ſunt, nec poſſum vobis oſtēdere, aut in fō
rū adducere lucubrationes vigilias q; & ſudores. Quibus auditis, omniū ſentētijs abſolutus eſt. Dicit
& idē Plinius lib.18. Cap.3. Manij curij poſt triumphos immēſum q; terrarum adiectum imperio no- Idē Plini⁹
ta contio eſt: pernitioſum intelligi ciuem, cui ſeptem iugera terrę nō eſſent ſatis. Hec autē menſura ple-
bi poſt exactos reges aſſignata eſt. Quę nam ergo vbertatis tantę cauſa erat, vt vni ciui ſeptem ſuffi-
cerent iugera competenter culta, ad honeſte & ſi non luxuriandum tranſigendum vitam, nunc autem
nec, 70 ſufficiant? Ipſorum tunc manibus imperatorum colebantur agri (vt fas eſt credere) gaudēte trr̄a
vomere laureato & triumphali aratore. Siue illi eadem cura ſemina tractabant qua & bella, eademq;
diligentia arua diſponebant, qua & caſtra. Siue honeſtis manibus omnia lętius proueniunt, quoniam
E curioſius fiunt. At nunc eadem illa vincti pedes damnatę manus in ſcripti vultus exercent, non tamen
ſurda tellure: quę parens apellatur: coliq; dicitur & ipſa, honore hinc aſſumpto: vt nunc immutata ea,
& indigne ferēte: credatur id fieri quod ſcriptū eſt, ſeminaſtis multū, & intuliſtis poucū. Et rurſus. Eſa.5
Triginta modij ſemētis faciēt modios tres: & decē iugera vineatū facient laguncłam vnam. Nemo er-
go miretur ergaſtulorum non eadem emolumenta eſſe, quę fuerunt imperatorum. Dona enim ampli-
ſſima imperatorum ac fortium ciuium quantum quis vno die plurimum circum araviſſet. Agrum
male colere cenſorium probrum iudicabatur. Frugem quidem aratro quęſitam furtim nocte paui-
ſſe ac ſecuiſſe: puberi duodecim Tabulis capitale erat, ſuſpenſumq; cereri necari iubebant, grauius
q̄ homicidio conuictum. Impubem prętoris arbitratu verberari, noxam ve duplionem ve decerni. Origenes
Ad hec Origenes ſuper Eſai. Capite,5. Quid vltra debui facere vineę meę quod non feci; & Cętera.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Inuenitur enim deus dediſſe hoī omnes affectus oẽsq; mot⁹,quibus ad virtutẽ niti poſſit,in ſuper etiam
vim rõnis in ſeruiſſe,quę trifariam diuiditur. Rõnalis diſcernit verũ a falſo,malũ a bono, minus malũ
a maiore malo & itidẽ de bono. Cõcupiſcibilis quę bonũ eligit,iraſcibilis quę mala reijcit. Sed ſi his
acceptis ſeminibus,homo neglexerit iter virtutis incedere:factus via ois malicię,petroſa & tira ſpinis
Hebre.6 oppleta,hec iuxta apoſtolũ maledicto ꝓxima eſt,& aliquo Sãſone indiget,q̃ vulpibus tercẽtũ colliga
Iudic.15. tis per caudas,& ſuppoſito igne:huiuſmodi nociuas herbas ſpinas carduos, auemonas zizania & id
Hieronim. genus multa cõburat. Dicamus aliter de mente Hieronymi. Si dixerimus ꝙ deus cotidie oparur aias,
& in corpore eas mittit naſcentiũ,tẽdiculas ꝓferes o Auguſtinę inſaniẽtiũ dicẽtiumq;. Vbi eſt iuſticia
dei,vt de adulterio inceſtuq; naſcẽtibus aias largiatur? Ergo coopatur eſt malorũ hoium,& adulteris ſe
Gene.19. minãtibus corpa(imo filiabus Loth parẽti cõmixtis)ipſe fabricatur aĩas. Quaſi viciũ ſemẽtis in tritico
ſit,q.ᵞ furtu dicitur eſſe ſublatũ,& nõ in eo q̃ frumẽta furatus eſt. Id circo ꝙ trr̃a nõ debeat gremio ſuo
germina cõfouere aut ſemina quia ſator ea imũda ꝓiecit manu. Si igiẗ Iudas(verbi gratia)in aliena ſe-
Gene.38 minauit terra:puta in nuru ſua Thamar,id quod deus ſeminat bonũ ſemẽ eſt,quia aia ad ſuã imaginẽ
cõdita. Oia enim quę deus cõdidit & cõdit ſunt valde bona. Alioqui vnde tot mõſtra,tot fęminę pri⁹
parricidę q̃ parẽtes,tot ſpurij,qui prẽm nõ agnoſcũt nec mrẽm,ſed ſunt filij terrę,tot aborſus & furti-
ua puerperia? Sed hec miſſa faciamus. Ex his quę dicta ſunt patet quid eſt quod dixit dñs, volucres cęli
comederũt. Illud quia nõ abſcõdimus in corde nrõ ſemina verbi cœleſtis.ps,118. Nõ cõſeruauimus, cõfe
Luce.2. rẽtes in corde cũ Maria. Agrũ noſtrum nõ ſepſimus maceria timoris dei. Verum dãnum agricola quod
ſenſit ex tribus terrę partibus,ex quarta parte reſarciuit. Cętera in cõſequẽtibus exponẽtur. Et hęc di
cẽs clamabat. Qui habet aures audiẽdi:audiat. Sũt enim hoĩes quidã ſi Plinio credimus.
Plinius. lib.4.Cap.13. Quorũ nuda alioqui corpa pręgrãdes ipſorum aures tota integũt,vtẽtes auribus ꝓ vm-
Eſai.42. belis. Nõ ergo oẽs habẽt aures ad audiendũ,ſicut nec oẽs qui habẽt oculos,vidẽt. Surdi(inquit prophe
ta)audite,& cæci intuemini. Sed ſi ſurdi ſunt quomõ audiẽt? Quomõ cęci intuebũtur? Hoc eſt ergo qd
dicimus,ꝙ ſunt aſpides quędam,quę nõ exaudient vocẽ incãtatoris etiã ſapiẽtiſſimi qualis erat Stepha
nus in actis. Cap.7. Aſpides enim ſurde ad verba quę ꝓtulerat ex lege, cõtinentes aures, impetũ fece-
Ceruí. runt in eũ. De quo vide iten Zach. Cap.7. Sũt enim multi ſicut cerui,qui ſi aures demiſerint,terra ſunt
ſurdiores,ſin aũt eas erexerint,dictũ mirũ q̃ ſunt acutiſſimi auditus. Alij(dictu mirabile) habent cum
Mida aſinorũ aures,oblõgas piloſas mobiles nõ duas tãtum,ſed ſex vel plures. Niſi places au...
Midas. tam(refert autem)deſcribentẽ mõſtrum quoddã,cui quot corpore plumę tot ſurrigit aures. Alij...
habẽt ſubula perforatas,Exod.21 Vnde parum aut nihil retinent ex his quę audierũt,ſunt enim ſerui pe
ccati,qñ noluerũt audire vocem libertatis. Ita dicit Hieremias.6,Cap. Cui loquar? Incircũciſę ſunt au
res eorum,audire nõ poſſunt. Hieronymus. Nec tamen caret impoſſibilitas ſupplicio,quę de contem-
ptu & infidelitate deſcendit. Dicit autẽ dominus Eſai. Ca.59. Nõ eſt aggrauata auris mea,vt nõ exau
Hierony. diam. Hieronymus. Ex quo oſtẽditur,aures dñi quę iuſtos exaudiũt,& nõ audiũt peccatores,nequam
q̃ eſſe auriũ noſtrarũ ſimiles,quę emiſſam vocẽ ſiue iuſticię ſiue iniuſticię ęqualiter audiũt. Ex quib⁹
Cap.50. verbis illud oſtẽditur,ꝙ dñs dicẽdo,qui habet aures audiẽdi nõ de corporeis loquebatur,ſed de his de q-
bus Eſaias,dñs aperuit mihi aurẽ:ego aũt nõ cõtradico,factus obediẽs vſq; ad mortẽ. Aures inquit ap
Cap.25. taſti mihi(ps.39.) Et in auribus aureos circulos vel in aures Eze.16. Habes aũt apud eũdẽ prophetam
aures tuas & nares pręcident,ſicut Malcho Ioan.18. Alijs autẽ aptantur aures & ornantur, alijs pręci-
duntur,alijs perforantur,ſed quibus videto. Sequitur ex Marco Et cum eſſet ſingularis: interro
gauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam dicentes. Quare in para-
bolis loqueris eis: Quibus ipſe dixit. Quia vobis datum eſt noſſe miſterium regni
Matt.13 cęlorũ,illis autẽ qui foris ſunt nõ eſt datũ ſed in parabolis omnia fiũt. Matthęus. Et ac
cẽdentes diſcipuli,dixerũt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Quia vobis datum
eſt noſſe myſterium regni cęlorum,illis autem non eſt datum. Qui enim habet & cę
tera. Lucas. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei, cęteris aũt in parabolis, vt
videntes non videant,& audientes non intelligant. Matthęus. Ideo in parabolis lo-
quor eis:quia videntes non vident:& audientes non audiunt neq; intelligunt,& ad
impletur in eis prophetia Eſaię dicẽtis. Marcus ita,vt vidẽtes videãt & non videant,
& audiẽtes,audiãt & nõ intelligãt,neqñ cõuertãtur & dimittãtur eis pctã. Cũ igiẗ
dñs finẽ feciſſet pabolę,vt nequod ṽbũ elaberet audiẽtibus,ſicq; fierent trr̃a ſecus viã, aut petroſa &
ſterilis:ac ꝓinde clamãdo altius ſubijceret:q habз aures audiẽdi audiat,ꝑ hoc excitãs aios ſingulorũ ad
ꝑſcrutãdũ qd ſibi vellet ſimilitudo ſeminãtis ꝓpoſita:illi tñ bñi viri q̃s dñs aplos vocarat ſenſum pa-
bolę nihilo magis calluerũt,q̃ reliq̃ multitudo. Et tñ ſeruãtes reuerẽtiã magiſtro,& q̃a oia tps habent
loquendi,audiendi interrogandiq;, nacti ſolitudinem & oportunum tempus, Dominum conueniunt
Matth.13. rogant q; dicentes. Quare in parabolis loqueris turbę,omino a muſis alienę? Rogant duo quis ſit ſen-
ſus myſt... parabolę propoſitę. Ad primũ reſpõdet dñs,vobis datum eſt,&c̃. In parabolis loquor. Di
cẽdũ ꝙ nõ eſt ſenſus litteralis q̃cquid ſignificatur imediate ꝑ litterã ſcripturę, ſed illud q̃d autor ſcripię
ſignificare voluit,q̃d di...mus ꝓpter pabolas & metaphoras. Sẽſus em̃ lr̃alis ſemꝑ eſt ṽus: & tñ nõ eſt
ṽu3(ṽbi gr̃a)ſcapulis ſuis obũbrabit tibi,nec illud:oc̃li dñi ſuꝑ iuſtos:q̃a de⁹ nec hз ſcapulas nec oclos
ps.90. Sunt igitur ſenſus iſti parabolici:ſenſus autem litteralis eſt,ꝙ deus habet noſtri curam cum protegen-
ps.33. do tum & dirigendo pedes noſtros in viam pacis. Luce.Cap.1. Habet conſuetudo principium huius
ſęculi hoc peculiare, vt non paſſim omnibus ſua myſteria communicent, ſed ſicut ſcriptum eſt
de Dauid

EL COLEGIO de JALISCO

de Dauid: fecit ſibi, Banaiam filiũ Ioiadę auricularium a ſecreto. Habet S.C.C.R.M. Cõſilia multa. Cõ
ſiliũ regiũ cui rex ipſe preeſt. Cõſilium iuſticię adminiſtrãdę, cuius pręſidens nulli ſubeſt, huius cõſilij.
12. ſunt cõſiliarij. pręter pręſidẽtem. Et cõſilium belli, ibi & rex pręſidet. Eſt cõſilium triũ ordinũ cruce
ſignatorum. Elipubęmagnę. Cõſilium bonorum. S.C.C. Maieſtatis Inquiſitorum hęreticę prauitatis. Conſilia
Cõſilium inſularum cõſiliũ Aragonium, & aliud cõſiliũ in regno Nauarrę. Et in his. 9. cõſilijs & eorũ S.c.c.R.m.
ſingulis ſunt alij & alij auricularij a ſecretis. Habet & optimus maximus deus ſuos auricularios a ſe-
cretis, ſicut habes Amos. 3. Nõ faciet dñs verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos pro-
phetas. Vide, 1. Regũ. 3 De Samuele. Geneſ. 18. de Abraham. Num celare potero Abrahę quę geſturus
ſum? Quaſi dicat. Poſſum quidem, tamẽ quia ſingulari in eum feror affectu, nõ potero celare. Ex horũ
A numero erat qui inter cęnandũ recubuit ſuper pectus dñi. Et huic dictũ eſt, cui dedero bucellam. Item Ioan.13.
Petrus cui dictum eſt, caro & ſanguis nõ reuelauit tibi. Matth. 16. Itẽ Paulus qui raptus in ſecretũ ſe-
cretorũ ęterni dei, audiuit arcana verba, quę nulli forſan loquutus eſt. Hoc eſt ergo quod dicit. Princi- 2.Cor.12.
pes populorũ paucis hiſq; selectis cõicant ſecreta ſua, itidẽ & ego facio vobiſcum, quos iã nõ dicã ſer- Ioan.15.
uos, quia oia quę audiui a patre meo nota feci vobis. Cęterũ huic populo qui toti ſunt carnes: oia fi-
unt ꝑ parabolas quęcũq; loquor & operor. Qui enim habet, dabitur ei & abundabit, & qui non ha-
bet &c. Videbatur cõcludendum, qui nõ habet, nõ dabitur ei, verũ qui talẽtũ ſibi creditũ, ꝑdũt incu-
ria, datum auferetur ideſt quod remanebat. Excęcãtur enim & tradũtur in reprobum ſenſum, in ſuę
dona gratię nõ accipiũt. Vide vlterius in parabola de decẽ minis Luc. Cap. 19. Sequitur. Ideo in para-
bolis loquor eis, par pari repẽdo, quia videntes nõ vidẽt. Hic textus vt patet intuẽti eſt diuerſus in tri-
B bus euãgeliſtis. Imo & Ioãnes cap. 12. Ponit eũdem textum diuerſum a tribus, vt ſi ṽba numeres: ſint
quattuor euãgeliſtę primo diuerſi. Adhuc Lucas in actis cap. 28. Ponit eũdem textum ab ijs diuerſum
Et quod magis auget difficultatem, eſt illud ꝙ Eſaias Cap. 6. Vnde deſſumptus eſt locus iſte, ponit eũ
dẽ textum diuerſum a q̃ttuor euãgeliſtis: & ab eo quod ponit Lucas in actis. Adhuc Paulus ad Ro. 11.
Eũdem textũ ponit diuerſum a cæteris. Opę pręciũ vero facturus ſum, ſi ponã hic ſiggillatim verba ſin
gulorũ, vt appareat cõtradictio, & tum demũ ſubijciã ſolutionẽ. ¶ Eſaias dixit. Vade & dices po-
pulo huic. Audite audiẽtes, & nolite intelligere & videte viſionẽ, & nolite cognoſcere. Ex cęca cor po
puli huius: & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis ſuis: & auribus ſuis au-
diat, & corde ſuo intelligat: & cõuertatur & ſanem eũ. ¶ Mattheus ita. Auditu audietis & nõ inte
lligetis, & vidẽtes videbitis, & nõ videbitis. Incraſſatũ eſt enim cor ppli huius, & auribus grauiter au-
dierũt, & oculos ſuos clauſerũt: ne quãdo videãt oculis auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuertã
tur & ſanẽ eos. Metaphora ſumpta a craſſitudine corporis impediẽte motũ & oꝑationes, & ſignificat
C oppreſſionẽ volũtatis ab abũdãte malicia, ſicut cor Nabal, qui durus erat: peſſimus, malicioſus, ſtult⁹
ebrius: filius Belial. 1. Reg. 25. ¶ Marcus ita. His qui foris ſunt, oĩa in ꝑabolis fiunt, vt vidẽtes videãt
& non videant, & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertãtur et dimittantur eis pe
ccata. ¶ Lucas dixit. Cæteris in ꝑabolis, vt videntes non videant, & audientes nõ intelligãt. ¶ Io
annes dixit. Non poterant credere quia dixit Eſaias. Excecauit oculos eorum, & indurauit cor eorũ
vt non videant oculis: & non intelligant corde, & conuertantur, & ſanem eos. ¶ Lucas in actis.
Vade ad populũ iſtum & dic. Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis & non perſpi- Cap.28.
cietis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos compreſſe-
runt, ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & ſanem eos.
¶ Paulus ita dixit. Dedit illis deus ſpiritum compunctionis: oculos vt non videant, & aures vt nõ
audiant vſq; in hodiernum diem. ¶ Cęterum editio. 70. Congruit cum eo quod dicit Lucas in actis Rom.11.
D Vnde apparet. 70. conſulto mutaſſe ſcripturam hębraicam ne impijs daretur anſa blaſphemię, quaſi de
us eſſet nobis autor malorum. Verum multa ſunt huiuſmodi in ſacris litteris, quę habent eandem diffi-
cultatem, ſicut illud: ego indurabo cor Pharaonis. Exod. Cap. 10. Fiat menſa eorum coram ipſis in la-
queum. Pſalm. Cap. 68. Eſt autem idioma ſcripturę: quę hac figura cõminatur ac terret impios, velut iu
bens eos facere, quod ſuapte malicia facturi ſunt, ſicut dictum eſt Iudę: fac quod facturus es. Item apud Ioan.13.
Ezech. Cap. 20. Et vos domus iſrael dicit dominus, ſinguli poſt idola veſtra ambulate, & ſeruite eis. Et
illud Amos. Cap. 4. Venite ad Bethel, & impie agite, & offertę mane victimas veſtras tribus diebus.
Et ſacrificate de fermento laudem, ſic enim voluiſti filij iſrael dicit Dominus. Nunc audiamus. Orige-
nem ſuper Ezechi. Cap. 36. Auferam a vobis cor lapideum. Dicet aliquis. Si anteq̃ auferat a nobis cor Origenes.
lapideum deus, nos illud a nobis auferre non poſſumus, vt obedientes ſimus, & dei voluntati non re-
ſiſtamus, conſequens eſt vt in noſtra poteſtate non ſit abijcere maliciam ſed in deo. Et ſi non in noſtro
E actu eſt vt fiat in nobis cor nouũ, ſed ſolius dei opus eſt, nõ erit opus nr̃m ſecundũ virtutẽ viuere, ſed in
oibus opus gratię videbit. Reſpõdemus hoc nõ taliter intelligi debere. Sed ſicut ſi ſit aliqis impitus & ĩ
doct⁹, is quidẽ ſentiẽs imꝑitię ſuæ notã ſiue adhortatione cuiuſq; ſine prudẽtiũ quorũq; ęmulatione
pulſat⁹ tradat ſe alicui, a q̃ cõfidat poſſe ſe diligẽter imbui: & cõpetẽter erudiri. Is ergo q iã pri⁹ obdu
rauerat in imperitia, ſi ſe vt diximus cũ oĩ animi intẽtione dat magiſtro, atq; obtpa turũ ſe omnib⁹
re ꝓmitit, cõpetẽter etiã magiſter pollicebit, ablaturũ ſe ab eo oẽm impitiam, & inſerturũ ꝑiciã. Nõ q̃
ab nuenti diſcipulo vel renitẽti hoc ſe promittat eſſe facturum, ſed offerenti ſe: atq; in omni obedientia
mancipanti. Ita & diuinus ſermo promittit his qui accedunt ad ſe ablaturum cor lapideum quę
ꝙ doctrinę ſuæ præcepta cuſtodiunt. Sic in Euangelijs inuenimus ęgrotantes accedere ad ſaluato- Ezec.36.
rem, rogantes, vt percipiam ſanitatem & ita demum curari. Quod ſi obijcias id de pręſenti loco



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

dūm in pabolis loqui:vt vidētes nō videāt & cętera,per quod oſtēdi videt̄, ꝙ nō eſt in poteſtate eo
rum vt ſalui fiāt,primū quidē ſi nō eſſet adiectum,ne forte apud Eſaiam,cuius ſunt verba originaliter
Matth.13 itē apud Matthęum:& Marcū & in actis ſimiliter,diceremus,qm̄ nolebat eos quos ſaluator pręſcie
bat nō eſſe futuros bonos intelligere regni cęlorū myſteria,ne eſſent duplo filij gehēnę, & ꝓpterea lo
quebatur eis in pabolis. Sed quia dixit,ne forte cōuertātur,& ſanem eos:aliter poſſum⁹ dicere. De⁹
qui ocultorū eſt cognitor,& nouit vniuerſa anteq̄ fiāt,pro multa benignitate ſua differt horū talium
curas:& medicinā protelat in lōgius,atq; vt ita dicā curat eos,dū nō curat,ne eos proſpera ſanitas in
ſanabiles reddat;ſicut dicitur,nūc ergo ne forte mittat manū ſuā & comedat,& viuat in ęternū.&c̄.
Gene.3 Poſſibile eſt ergo vt apud illos quibus foris poſitis ſaluatoris nr̄i ſermo fiebat, pro eo ꝙ ſcrutās corda
pręuidebat nōdum aptos manifeſtioris eloquij recipere doctrinā,profundioris ſacramēti fidē velato ſer
mone cōtegeret:ne forte velocit̄ cōuerſi ac ſanati ideſt peccatorū ſuorū remiſſione celerit̄ accepta auer
ſa facie,iterū in eūdem reciderēt morbū:quē ſenſerāt ſine aliqua difficultate curatum Quod ſi fiat:du
pliciter peccatur,poſt agnitā veritatis viā tāq̄ canes ad vomitū reuerti. Et quis dubitat melius eſſe di
fferri & interim relinqui,vt ſi forte ſacietatē malicię aliquādo cęperint, & horreſcere potuerint ſordes
in quibus nūc interim delectātur,tū demum eis cōpetēter ſermo dei manifeſtetur, & nō ſctūm canibus
Matth.11 mittatur:Quod ſi vel in Tyro vel Sidone vel alijs in locis verbū euāgelij nō eſt prędicatum:forte in
terdum deus ęquiſſima ſua diſpēſatione diſſimulat hoc ipm illis preſtare:ne ſcilicet videāt vel audiāt di
uinę virtutis myſteria:ne ſignorū virtutibus viſis & ſapiētię eius myſterijs agnitis & auditis:ſi cōtē
pſerint,grauiori impietatis aiaduerſione mulctētur. Hęc Origenes. Ad hec Hieronymus. Scd̄'m.70.fa
Hieronim cilis eſt expoſitio,quomō Eſaias prędicet quid populus ſit facturus. Secūdum autem Hebręos difficul
tas eſt,quomō ipſe deus pręcipiat populo,vt auditu audiat,& nō intelligat & poſtea propheta indu
catur loquēs:& dum pręcetur & dicat:ex cęca cor ppl'i huius.&c̄. Itaq; Hieronym⁹(poſt lōgam diggre
ſſionem de prędeſtinatione gētium ꝗ vocatione,ita cōcludit. Nō eſt ergo crudelitas dei ſed miſericor
dia vnam perire gētem:vt oēs ſalue fiāt. Iudęorum partem nō videre, vt omnis mūdus lumē accipiat.
Ioan.9 Vnde miraculū cęci nati dn̄s ad Tropologiam vertit dicēs,in iudiciū ego veni, vt nō vidētes videant
&c̄. Similis ſentēcia eſt illa,ecce poſitus eſt hic in ruinā &c̄. Luc.2. Dicit ergo propheta O dn̄e pręcipis
mihi loqui populo iudęorū:vt audiāt & nō intelligāt ſaluatorem,& videāt & nō cognoſcāt,ſi vis im
pleri iuſſionē tuā,& totum mūdum ſaluari,quod & ego fieri deſidero,ex cęca cor ppl'i huius. Si enim
illi viderint & cōuerſi fuerint,totus mūdus nō recipiet ſanitatem. Ego aūt de iſta cōſequētia dubi⁹ ſum
Quia etiā iudęis cōuerſis:pręcipiēdum erat ap'lis,ite in orbem vniuerſum,& prędicate euāgeliū omni
Marci.16 creaturę. Illud tamē dicimus,ꝙ iudęi ſi excęcati ſunt,bono ſuo factū eſt aut ne deteriores fierēt,ſi ſan
Matth.15 ctum cōculcarēt.(Matt.7)Et fierēt filij gehēnę duplo,ſi relaberentur tāq̄ canes in priſtinā infidelitate
aut vt ſanitatē acceptā boni cōſulerent:quę Tyro & Sidoni oblata nō eſt, Verum prima ſolutio ſupra
poſita vniuerſalior eſt & planior:idioma eſſe ſacrę ſcripturę,cū dicitur facere deū,aut pręcipere vt faci
at quis,quod ipſe alias facturus erat,quod eſt iuxta prouerbium ęquo vltro currenti calcaria adhibere
Quid eſt calcar addere currēti? Ducta eſt metaphora ab his qui curſu certant, quibus acclamatio ſolet
addere velocitatem. Meminit Dion Thęmotheum cantorem quempiam certa quadam cantione, quę
Palladis vocabatur Alexandri magni animum repente ad belli cupiditatem incitare ſolitum. Atq; in
citabat ille quidem,ſed ſponte currentem:vt pote natura ſanguinarium & belli ſitientiſſimum. Alio
qui Sardanapalum illum πανχβερμ,ideſt molliſſimum & effeminatum iiſdem modis haud vnq̄ com
mouiſſet. Itaq; quia Pharao Rex non in ſaniebat ſatis(iuxta Terentium) ſua ſponte:deus inſtigauit
Prouerbiū in ſanientem.& cętera. Neq; enim deus indurauit cor Pharaonis,qui dicit:auferam cor lapideum. Eze
Exo.15.6 chi.Cap̄.36. Alioqui ad quid eum toties cędebat:Sed ipſe abuſus dei patientia imo & flagellis poſuit
cor ſuum velut adamantem. Zacha.Cap̄.7. Donec ſubmerſus eſt quaſi plumbum in aquis marinis.
Origenes. Vide ad Roma.Cap̄.2. Reſtat Explicatio illius verbi,incraſſatum eſt cor populi huius,q̄d poſuit Ma
tthęus. Origenes. Hęc ſentencia eadem eſt cū illa:non permanebit ſpiritus meus cum hominibus iſtis
quia carnes ſunt Gene.6. Sicut enim peccatum incraſſeſcere facit,ita e contrario virtus ſubtilem ani
mam reddit,& vt extorqueam quodammō vocabili nouitatem,omne quod in ea corporeum eſt abſ
Pſalm.38 tergit & perimit,& purius eam in corpoream reddit. Vnde illud,tabeſcere feciſti ſicut arachneam ani
mam eius,vt videlicet conſumatur quicquid eſt craſſioris materię circa eam, vt extenuet & elimine
prudentiam carnis,& ita demum animam ad rerum cœleſtium & inuiſibilium reuocet intellectum.
De hoc Ezechi.Cap̄.24. Legimus carnes miſſas in cacabos,& decoctę ſunt, & excoctum eſt ius. Suſ
Ps.72. cipient enim nos lebetes flammis ſuccenſi,in quos in ijciemur nos qui animas noſtras incarnauimus,
iuxta illud prodit quaſi ex adipe iniquitas eorum,ſi non prius dum in hoc mundo ſumus:pręuenerim⁹
per pęnitentiam,vt tabeſcant carnes,& craſſitudo animę noſtrę deducatur ad ſubtilitatem arachneę.
1.Cor.3 Vnde & Hieremias videt virgam vigilantem,& ollam ſuccenſam,vt ſiquidem per diſciplinam virgę
corrigamur,cacabo non indigeamus ſuccenſo,qui accenditur ligno fęno & ſtipula. Cum ergo dicit,
incraſſatum eſt cor,oſtendit ꝙ primum tenue erat & ſubtile adeo creatum,ſed illi craſſeſcere fecerunt,
epulantes cotidie ſplendide,ac ſe ipſos adhortantes,vt ſemper in deterius proficerent,ſicut ſcriptum eſt
cras moriendum eſt,comedamus & bibamus. Eſai.Cap̄.22.

Eſt autem

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

## Caput.xviij. Exponitur parabola a domino per ſingulas partes.

Est autē hęc parabola. Mattheus, Omnis qui audit verbum regni, &
nō intelligit: venit malus, & radit quod ſeminatū eſt in corde eius
Hic eſt qui ſecus viā ſeminatus eſt. Lucas ita. Semen eſt verbū dei.
Quod aūt ſecus viā hi ſunt qui audiunt deinde venit diabolus, &
tollit verbū de corde eorū, ne credētes ſalui fiant. Marcus ita. Neſ-
citis parabolā hāc? Et quomō omnes parabolas cognoſcetis. Q&
dixit dn̄s, ſubincrepans illorū tarditatē, quaſi parabola hec facilis eſſet coniectu.
A Qui ſeminat verbū ſeminat. Hi aūt ſunt qui circa viā vbi ſemina-
tur verbū, & cū audierint: cōfeſtim venit ſatanas & aufert verbū
quod ſeminatū eſt in cordibus eorū. Cecī ſecus viam. Illud vult intelligi Chriſtus, ꝙ verbum
dei non omnibus prodeſt auditum, & quibus prodeſt, non ęque prodeſt, quia poſſunt eſſe tot gradus
beatorum, quot ſunt beati, licet tres tantum hic ponantur. Dicit Abulenſis: ꝙ paruuli reſurgent an-
norum, 33. Tamen non accipient aureolam virginitatis, quia non pugnauerunt. Tollit autem diabo-
lus verbum, ſuggerendo diuerſa, offerendo alia de quibus cogitet, quod non raro fit. Vide Iudic.6. Sa-
tis bene. Quod ſeminator ſit Chriſtus, & ſemen verbum dei, dictum eſt in ſuperioribus. Semen hoc cū
vnicum granum eſſet anteꝗ̄ ſeminaretur vel ſepeliretur, poſtꝗ̄ terrę rationali conditum eſt, apud mul
tos fecit & facit fructum centuplum, id autem ne fiat, venit malus & radit quod ſeminatum eſt in cor
B dibus. Cor hominis Satanas ingredi quidem non poteſt (Abſit) poteſt autem ſuggerere Homini vnde
non credat. Radit igitur verbum, e memoria penitus auferens. Quare? Quia audit verbum & non in-
telligit, quia non aduertit, ſed more ceruorum demittit aures, cogitatione ſua non figit, vt illic radices
agat. A veritate inquit Paulus auditum auertent, ad fabulas autem toti auriti. 2. Timo. 4. Cum vide-
licet ſermo eſt de aſini vmbra, & lana caprina. Continuo inquit adeſt Satanas & tollit granum, ne vł
herbam gignat vnde vel tantillum paſcatur mens noſtra. Narrat Plinius lib. 10. Cap. 33. De pica, quę
cum diligentius viſum ab homine nidum ſenſerit, oua ſua alio transfert. Illud admiratione dignum in Plinius.
his auibus quarum digiti non ſunt accomodati complectendis tranferendiſꝗ; ouis, is traditur modus.
Nanꝗ; ſurculo ſuperbina oua diſpoſito: ac ferruminato alui glutino, ſubdita ceruice, medio ęque vtri
ꝗ; librato, deportant alio. Vides quanta in paſſeribus ſollicitudo conſeruandi oua ſua, in quibus vir-
tualiter eſt conſeruatio ſpeciei ſuę. Nos autem oſcitantes vt ne dicam nauſeantes & ſtertentes ad ſu-
C mus declamatoribus verbi dei, aut de rebus ſęculi conferentes ſicut dicit Origenes. Sequitur. Matthę9
Qui autem ſuper petram ſeminatus eſt qui verbum audit, & continuo cum gaudio
accipit illud: non habet autem in ſe radicem ſed eſt temporalis. Facta autem tribu-
latione & perſequutione propter verbum, continuo ſcandalizatur. Idem dicit Mar-
cus. Lucas autem ita. Nam qui ſupra petram (Non ex intentione ſeminantis. Alias luderet ope-
rā & impenſam.) Qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum. Et hi radices nō
habent: quia ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt. Hoc eſt igitur qđ
ſcriptum eſt Apoca. Cap. 10. Accipe librum & deuora illum, & faciet amaricare ventrem tuum, & in
ore tuo erit dulcis. Quid enim dulcius verbo illo, venite ad me qui laboratis & ego refocillabo vos? Matth.11
Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam? Matth. 20. Venite bn̄dicti patris mei? Matth. 25. Gaude-
te & exultate qm̄ merces vr̄a multa eſt in cœlis. Matth. 5. Neꝗ; ego te condēnabo mulier. Ioan. 8. Cē
tuplum accipiet & vitam ęternam. Matth. 19. Hęc omnia dulcia ſunt ſuper mel palato credentiū. Sed
D ecce Petrus oblitus dulcedinis verborum chriſti de quibus dixerat, verba habes vitę ęternę, interroga Ioan.6
tus nō ab vno aliquo Goliath ſpurio, ſed ab vna ex ancillis Cayphę, amaritudine mortis per territus
ſcandalizatus eſt: ſicut & ap̄li omnes, & verbum quod abſente tētatione erat in ore dulce, flante pro-
cella timoris ſeruilis, amaricare fecit ventrē anime, & ex illa radice amara timoris pullulauit illud ver Luce.22
bum infidelitatis, neſcio hoiem. Hi inquit nō habēt radices, ſunt enim cucurbita Ionę: cito credunt, ci- Ione.4
to ęſtuant & areſcunt, vel ſi mordeantur nō ab vno ex lupis rapacibus, ſed vel ab vno verme, ſicut cu
curbita illa. Videns inquit ventum validum, cępit mergi, & ipſe eſt qui ante temporis breuem moru- Matth. 14
lam ambulabat (Sederat mare ſerenum) ſecurus ſuper aq̄s. Hi vocātur in Apocalipſi nec calidi nec fri- Cap.3.
gidi: & claudicant vtroꝗ; inguine (3. Regum. Cap. 18.) In modum arundinum quę a vento agitantur.
Matth. Cap. 11. Eſt amicus ſocius menſę, & non permanebit in die neceſſitatis. Et eſt amicus qui con-
uertitur ad inimicitiam. Petrus de prioribus erat amicis, Iudas de poſterioribꝰ. His peſtibus plenus eſt Eccl.6
E mundus, qui non ficte ſed reuera dicunt illud, illius ero, quem elegit Dominus. 2. Re. 16. Imo iſte non
ficte ſed vere dixit: illius ero, quē elegit dn̄s, licet nō ad intellectū audiētis Abſalonis. Oīa inq̄t quæ Deut.5.
loquutꝰ eſt dn̄s faciemꝰ, & erimꝰ obediētes. Ibi dn̄s q eos intus & i cute nouerat, vtinā inq̄t aliq̄s da
ret eis talē mētē, vt verbis ſuis facta cōcordarēt, verū illi poſt breue tp̄s mutauerūt gl̄iā ſuā in ſimili-
tudinē vituli comedētis fęnū. p̄s. 105. Quia nō habebāt radices: imo habebāt eas ſed i ꝗ̄ptu: etiā cū
eſſent in paleſtina. Plantaſti inquit eos: & radices miſerunt, ſed in terra. Sūnt igitur temporales, &
iuxta prouerbium: Adonidis horti: quos ad dies paucos vernantes in teſtalis quibuſdam fęminę nu- Hiere.12.
triunt fouentꝗ;. Itidem multi faciunt inquit Plutarchus/animum alentes in carne tenera molliꝗ;: quę Epheſ.5.
validam vitę radicem non admittat pullulātē: in re videlicet momentanea multam in ſumimus cu- Plutarch.
ram, videlicet peliam lauantes, an potius laterem vel æthiopem, luſuri operā & impenſam. Sequitur.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Qui autẽ ſeminatus eſt in ſpinis: hic eſt qui verbum dei audit, & ſollicitudo ſęculi
iſtius & fallacia diuitiarũ ſuffocat verbũ, & ſine fructu efficitur. Hoc iuxta Matthęũ,
Marcus ita. Hi ſunt qui verbũ audiunt, & erũne ſęculi & deceptio diuitiarũ: & circa
reliqua concupiſcentię introeuntes ſuffocant verbũ, & ſine fructu efficit. Eccl. 5. Qui
amat diuitias, fructũ nõ capiet ex eis. Lucas vero dicit. Qui autẽ id quod in ſpinas cęcidit rece
perunt, hi ſunt qui audierũt, & a ſollicitudinibus & diuitijs & voluptatib⁹ vitę eũ
tes ſuffocantur: & nõ referunt fructum. 42. Diſtin. Cap. Hinc enim. Superius dixit dominus,
ꝙ ſimul exortę ſpinę ſuffocauerunt ſemẽ, quod iã fecerat herbã & calamum, vt intelligas ꝙ cũ ſemi-
1. Timi. 6. ne verbi dei ſimul erat ſeminatum a neſcio quo inimico humani generis ſemẽ illud qđ Paulus radicẽ
oium malorũ apellat, & nunc voce dñi vocatur diuitię fallaces & deceptrices. Eſt autẽ Gręce, απατη F
του πλουτου, apate tu plutu. Indicat aũt gręca vox diuitias fallaces dici, nõ ꝙ fallant hoc eſt fruſtren
tur hoiem, ſed ꝙ a via deducãt. Id enim eſt proprie verbũ gręcum, apatan, ſiquidẽ patos via trita eſt.
α/vero dictio priuatiua. Vnde illud ex Antiphone apud Stobęum, opes nos ſicut medicus malus vbi
Antiphanes. cęperint, reddunt videntes ilico cęcos. Denique iuxta Horatiũ vulgus diuitum dulci fortuna ebriũ, hoc
quoque putat ſuis diuitijs deberi, vt quicquid dixeriat, id protinus velut eruditum oẽs approbẽt, cum no
Horatius. tum ſit illud Menãdri, cęcę diuitię atque eos qui ſe intuẽtur cęcos reddunt. Hieronymus. Blandę ſunt di
Menander uitię, & aliud agẽtes aliud pollicẽtes. Promittũt ſacietatẽ (Interroga Tantalum) & ſuffocãt poſſiden
tes. Ad hec Chyſoſto. Quomõ autẽ credendum eſt ſapintem colonum, in via in petris & in ſpinis ſe
Chryſoſt. minaſſe: In agris certe ſtultum videretur, in animis autẽ atque doctrina probe ac laudabiliter. Terra eñ
petroſa ſiue ſpinoſa ſemper cõſeruat naturã ſuam. At in ſpiritualibus poſſibile eſt, vt lapis in trrãm fer
tilẽ cõuertatur. Idẽ dicendum de terra ſpinis oppleta, deque terra quę maceria nõ cingitur. Quod vero di
Prouer. 24 cit, ꝙ ſpinę ſuffocauerũt triticum: id nõ eſt ſpinarũ culpa, ſed illius qui tanꝗ ignauus agricola ſpinas G
permiſit inualeſcere. Per agrum hoiſ pigri trãſiui & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant
vrticę & ſpinę, & maceria lapidum deſtructa erat. Itaque lapides macerię qui vallare debuerant agrum
diſperſi erant per iugerum: ſicque in hoc vno agro tria hec reperiuntur, terra peruia oĩm trãſeunti: lapido
ſa, & ſpinis oppleta. Quod autẽ dicit Alex. de Ales, 2. p. q. 51: ꝙ flores poſt peccm̃ protulerunt ſpinas,
credat qui voluerit. Quod dixit Marcus & erũnę ſęculi, Gręce eſt: Καὶ αἱ μέριμναι: Ke he merimnę
ideſt ſollicitudines, de quibus late dictũ eſt Mat. 6. Et dicetur in de diuitę ampliante horrea ſua. Luc. 12
Sequitur ex Matthęo. Qui vero in bonã terrã ſeminatus eſt vel excepit ſemẽ, hic eſt qui
audit verbũ & intelligit, & fructum affert: & facit aliud quidẽ cẽtum, aliud ſexagi
ta aliud. 30. Idẽ in ſentẽcia Marcus. Lucas autẽ dixit. Quod aũt in terrã bonam: hi ſunt qui in
corde bono & optimo audientes verbũ, retinẽt, & fructũ afferũt in patiẽtia. Primũ
annotãdũ, id qđ dictũ eſt centeſimũ, 60/ & trigeſſimũ, grã exẽpli poſitũ eſſe, ſicut & illud, alij dedit/ H
5. talenta alij duo, alij vnum. Iten illud de ſeruo debitore decem milium talentorum Matth. 18 Et de de
cem virginibus &c. Quod autem dicit verbum dei retinent, contra terram quę erat ſecus viam dic-
tum eſt. Quod dicit, fructum afferunt, contra eos qui ſuffocantur. Quod dicit, in patientia, contra eos
qui ſupra petram. Hieronymus. Sicut autem in terra mala tres fuerunt diuerſitates, ſic in terra bona
Hieronim trina diuerſitas eſt, virginum videlicet, viduarum & continentium. Chryſoſtomus. Sed & hinc miſe-
Chriſoſto ricordia dei apparet, ꝙ non ab omnibus vnam & eandem menſuram efflagitet, ſed ab alijs quidem cẽ
tum ab alijs ſexaginta ab alijs vero triginta libenter recipiat. De hoc Geneſ. Cap. 47. Accipite ſemi-
na, & ſerite agros, vt fruges habere poſitis. Quintam partem Regi dabitis, quattuor reliquas permi-
tto vobis in ſementem & in cibum familijs & liberis veſtris. Gloſa. Semen eſt verbum dei, agri corpo
Ordinaria. ra: quę vomere prędicationis exarata, producunt fructum virtutum, Quinta pars redditur Pharaoni,
quia .5. ſenſuum cenſum regi Chriſto tenemur ſoluere. Nobis vero quattuor partes ſeruamus, quia de I
fructibus ſenſuum noſtrorum metimus vitam ęternam, quę conſiſtit in glorificatione animę cuius
ſunt tres potentię: & corporis immortalitatem. Ne vero mireris quod dictum eſt, fecit fructum cente-
ſimum quędam pars terrę, idem legis Geneſ. Cap. 26. De Iſaac, quia nouauit ſibi nouale iuxta Hiere-
mi. Ca. 4. Poſſumus aliter dicere, ꝙ quattuor nobis partes ſeruamus. Prima peccati venia integra, pe
ccatorum tuorum non recordabor. Eſai. Cap. 43. Secunda a futuris pręſeruatio, ſeruaui te, ne peccares
in me. Geneſis. Cap. 20. Tertia gratię augmentum, vt ſemen in nobis producat fructum centeſimum
&c. Quarta pars, vt ſi non dimidium, quod ſupereſt des pauperibus. Luce. Cap. 19. Quinta pars ſunt
decimę, quę iure deo debẽtur, qa inqt Ioſeph, trrã eſt pharaonis. Nã & teſte Plinio, priſci Romãni ne
deguſtabãt qdẽ nouas fruges aut vina, anteque ſacerdotes ꝑmitias libaſſent. Aruorũque ſacerdotes Ro
Luce. 11. mulus in primis inſtituit: ſeque duodecimum fratrẽ appellauit int illos, ab Acca laurẽtia nutrice ſua ſpi
Plinius. cea corona, quę vitta alba colligaret in ſacerdotio ei ꝓ religioſiſſimo inſigni data. Nec vacat a myſte
rio, ꝙ fruct⁹ cẽtiſſim⁹ & in dextera, & in modũ coronę figurat̃ vt expmit. De q̃ Lu. 5. Et vt refert Ca K
to, quẽ virũ bonũ colonũ dixiſſent Romani, ãpliſſime laudaſſe exiſtimabãt. Dona ãpliſſima ipatorũ
Cato. ac virorũ fortiũ, qntũ qſq̃ vno die plurimũ circũ arauiſſet. Cognomina etiã prima a cultura agrorũ
ſumpta ſunt. Pilũni qui pilũ inuenerũt piſtrinis: piſones a pinſendo. Iã Fabiorũ Lentulorũ, Ciceronum
vt qſquis aliqd optime genue ſereret Plinius lib. 18. Cap. 5. Ceterũ ne hyperbole videat̃ quod dictũ eſt
Plinius. terram pertuliſſe centeſimũ fructũ, audiamus eundẽ lib. 18. Cap. 10. Ex modio ſi ſit aptũ ſolũ quale eſt in
Bizantio Affricę Campo centeni quinquageni modij reddũt. Miſit ex eo loco diuo Auguſto procura-
tor ei⁹ ex vno grano (vix credibile dictu). 40. Paucis min⁹ germina. Miſit et Nerõi ſimiliter ſtipulas
ex vno

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ex vno grano. Cũ centeno quidem & Leõtini Siciliꝫ campi fundũt. Refert idem Plinius lib.18. Cap.22. Idem.
Rem dignam ſcitu. Ciuitas Affricę in medijs ſita arenis: ſyrtis petẽtibus leptin: quę magna vocatur Ra
cape fęlici ſuper omne miraculũ irriguo ſolo: ternis fere milibus paſſuum in omnẽ partem. Fõs abundat
largus quidẽ, ſed certis horarũ ſpacijs diſpenſatus inter incolas. Palmę ibi prę grandi ſubditur olea. Huic
ficus: ficui punica, illi vitis, ſub vite ſeritur frumentum, mox legumen, demum olus, omnia eodem anno
omniaqꝫ aliena vmbra aluntur. Super omnia eſt biferam vitam bis in anno vindemiare. Et niſi multi-
plici partu exinaniatur vbertas, pereunt luxuria ſinguli fructus, nunc vero toto anno metitur aliquid.
Hanc terrę vbertatem & nos imitemur, ſicut nos hortatur Paulus: bonum inquiens facientes non defi-
A ciamus: ſuo enim tempore metemus vitam ęternam. Gala. Cap.6.

## Caput. xix. De parabola ſeminantis bonum ſemen & de homine inimico qui ſuperſeminauit zizania que & a domino exponitur iten parabola de grano ſinapis.

ALterã parabolã propoſuit illis dicens. Simile factũ eſt regnũ cę-
lorũ homini: qui ſeminauit bonũ ſemẽ in agro ſuo. Cũ autem dor Matth. 13.
mirẽt hoĩes, venit inimicus eius: & ſuper ſeminauit zizania in me
dio tritici & abijt. Cũ autem creuiſſet herba & fructũ feciſſet: tũc
apparuerũt & zizania. Nec ergo ipſa grata pars ſeminis quę cõſeruata eſt in-
B corruptã ſiuit hoſtis, dũ nos dormimus, & ignaui ſumus. Cõgruit huic loco illud
ex Canti. Cap.1. Poſuerũt me cuſtodem in vineis: vineã meã nõ cuſtodiui. Ita dicit
Auguſt. Cũ negligẽter agerẽt prępoſiti eccleſię (ſed nõ in extorquẽdis decimis) nẽ
pe imitãtes Ionã. Cap.1. Qui alijs exonerãtibus nauẽ, ſtertebat, vel Petrũ qui nec Auguſti.
vna hora potuit vigilare cũ Chriſto (Matt.26.) Venit diabolus, qui nunq̃ dormit, & ſuperſeminauit eos
quorũ rector eſt ipſe. Epheſ. 6. Quorũ oculi obſeruãt caliginem, & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant Iob.24.
Noctuę enim ſunt, & antipodas imitãtur. At qui iuxta prouerbiũ, nõ decet paſtorẽ ſolidã noctem dor- Prouerbi.
mire. Epaminõdas dux Thebanus cũ ciues ſui feſtis quibuſdã ſolutius cõpotationibus indulgerẽt, ille ſo
lus vigil atqꝫ ſobrius arma luſtrabat, & vrbis ob ambulabat męnia: dicens cũ propheta, ſuper cuſtodiã
meã ſtabo, Habac.2. Rogatus cur id faceret, reſpõdit ſobriũ eſſe ac vigilare, quo reliquis liceret temulẽ-
C tos eſſe ac dormire. Et Plutarch⁹ narrat regi Perſarũ hũc fuiſſe morẽ, vt ſemper vnũ quẽpiã haberet cu- Plutarch⁹
bicularium, cui hoc numeris erat delegatũ: vt mane regiũ cõclaue ingreſſus, his verbis eũ experge faceret.
Surge rex ac negocia cura quę te deus curare iuſſit. Nã teſte Platone, principes qui noctu vigilãt, malis Plato.
ſunt formidabiles ciuibus, pariter & hoſtibus. Alias nullus dormiẽs eſt alicuius pretij. Ita Chryſo. Non Chryſoſt.
parũ periculũ prerupti pręcipitij pręſulibus hinc imminere videtur, quibus agrorũ cura cõmiſſa eſt. Liq-
do etiã hinc apparet, poſt veritatis ſemina iã collecta: erroris fraudem pullulaſſe, quod euetus quoqꝫ re-
rum confirmauit. Falſi enim ꝓphetę poſt prophetas apparuerũt: & pſeudapoſtoli poſt apoſtolos, & an
tichriſti multi poſt dñm Chriſtum. Nam diabolus niſi prius videat, quid ſibi ſequendum ſit: aut quibus
inſidiãdum, cum quid faciendũ ſit neſciat, nec conatur quidem. Sic ergo nũc poſtq̃ intellexit, ꝙ ab alio
quidẽ cẽtũ ab alio /60/ ab alio aũt /30/ ſunt producta, fraudẽ excogitauit. Nã quoniã euellere non potuit,
quod actis radicibus, iam propagatum fuit, nec ſuffocare: nec vrere, fraudelẽter niſus eſt ſua diſſeminare
D ſemina, ea nempe quę olim ſeminarat in cęlo accuſator fratrũ ſuorum, ſed id egit, hominibus dormiẽtib⁹ Apoca.12.
Cũ inquit creuiſſet herba, apparuerũt zizania. Auguſt. Tormẽta enim quibus eccleſia premitur quãdiu Auguſti.
fabricatur, nõ ſentit, qui poſitus in eccleſia nõ proficit. Putat enim ꝙ in pace ſunt oia. Sed incipiat profi Luc.11.
cere, & intelliget quod dictũ eſt, cũ herba creuiſſet &c. Omnes enim qui pie volũt viuere, perſequutio- 2. Timo.3.
nem patiũtur, maligni aũt hoĩes proficiũt in peius. Quia non dũ implete ſunt iniquitates Amorreorum
Gene.15. Eſt aũt zizania panis genus, ſed quaſi degener & in aliam mutatus ſpeciem teſte Hieronymo, Hierony.
Hiſpanice, Ioyo: alias Vallico. Zizania aũt barbarũ eſt. Quãdiu igitur frumentũ erat ſub terra latuit do 2. Tim. 2.
lus. Cũ vero culmi ſpicis eſſent pleni, tũ demũ apparuerũt cõmixta ſemina. Nouit tamẽ dñs qui ſint ſui Luce.3.
(in cuius manu ventilabrũ eſt,) qui ſint frumẽtũ, qui vel loliũ, vel palea. Accedẽtes autẽ ſerui pa-
tris familias, dixerũt ei. Dñe nonne bonũ ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo
habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo fecit hoc. De hoc bono ſemine dictum eſt in pa-
E rabola pręcedenti. Vnde autem habeat lolium ſi requirat: reſpondet Dominus agri, inimicus homo fecit
hoc. Dedimus autem nos locum diabolo contra edictum legis dicentis: agrum tuum non feres diuerſo
ſemine. Leui.19. Dęmones enim aues ne fauſtę, illę quę noctu volitant, bonum quidem ſemen ab radũt
e nouali mentis, ſuperſeminant autem lolium diſcordię in corde hominis qui totus ad pacem natus eſt.
Eccs. Cap.7. Ita dicit, hoc inueni ꝙ fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quęſtio-
nibus. Ipſe ſe miſcuit, ipſe ſibi fontem mali reperit, ipſe hanc technam in ſeipſum inſtruxit, dictum de
hęredipeta, qui veneno quo ſenem appetiuerat ipſe forte fortuna captus interijt, ipſe incidit in foueam Hiſtoria
quam fecit. Inimicus homo inquit fecit hoc. Et homo iſte erat Diabolus. Sic per oppoſitum Iudas Ho- Pſalm.7
mo quidem erat, ſed Diabolus vocatur, Ioannis, Cap.6. Dicitur autem Sathanas homo inimicus: quia
ſemper inſidiatur calcaneo noſtro, Gene. Cap.3. Et de illo dictum eſt, inimicitias ponam inter te & mu-
lierem, & ſemen tuũ & ſemẽ illius. Et hę ſunt inimicitię, ꝙ inimicus iſte ſemꝑ vult cõmiſcere ſemen ſuũ
ſemini qđ ſeminauit xp̃s. Licet potuerit fieri ad lrãm vt aliqs inimic⁹ pr̃is familię ad lrãm fecerit hoc.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Gene.28 Serui aūt iſti qui rogāt patrem familię,poſſunt intelligi illi qui terūt ſcalā Iacob. Nec tamē oportet ar-
guere ſeruos iſtos ignorātię:nō enim omnia quę in parabolis dicūtur ſunt neceſſaria,ſed plura ponun-
tur ad eius cōplemētum. Alioqui homo iſte qui hic dicitur obdormiſſe ſi aliquādo dormit,cor tamē eiꝰ
ſemper vigilat.Cātic.5.Serui aūt dixerunt. Vis abeamus & colligamus ea?Et ait.Non.
Roma.2 Ne quādo colligētes loliū,eradicetis ſimul & triticū.Vt merito dixerit Paulꝰ:ſcimꝰ ꝙ ſoliꝰ
2.Tim.2. dei iudiciū eſt ſecūdum veritatem.Nō inquit,ne forte det illis deus pęnitētiam ad cognoſcēdam verita-
Roma.11. tem:& reſipiſcāt a diaboli laqueis,aquo captiui tenētur ad ipſius volūtatem.Potēs eſt enim deus inſe-
rere illos,& facere ex lolijs in quę degenerarāt,triticum.Potens eſt,ſi velint ipi reſipiſcere,ablato corde
lapideo ab illis,carneū reponere.Ezech.36.Ne forte ex arena fiāt ſtellę,quę erāt meretrices:fiāt virgines F
Hieronim & latrones fiāt martyres,& lupi rapaces fiāt paſtores.Hieronym.Mirabile eſt quod dicam: homines
& angeli crudeles ſunt ad comparationē clemētię dei.Serui volūt euellere zizania, ſed pater inquit, ſi-
Ionę,4. nite vtraqꝫ creſcere Dicamus illud.Ionas vult ſubrutū iri ciuitatem magnam Niniue,deus aūt, tu in-
quit doles ſuper hędera in qua nō laboraſti:ego aūt nō tātum hominibus & muris:Quin & miſerebor
iumētis,ſiquidē & iumēta ieiunauerūt & clamauerūt ad me.Vides clemētię dei profundum. Sinite igi
tur vtraqꝫ creſcere.Simile eſt illud,mitte gladiū tuum in vagina.Ioan.18. Sinite ergo pariter creſ-
cere ambo vſqꝫ ad meſſem,& in tēpore meſſis dicam meſſoribus. Colligite primū
Zizania:& alligate ea in faſciculos ad cōburendū, triticū autem cōgregate in ho-
rreū meum.2.q.1.Multi.Igitur ex ſentētia dñi neceſſe erit parcere Zizanijs,& cōditione qua ſumus
ſerui neceſſe eſt viuere inter Zizania,ſicut lilia inter ſpinas, ſicut hoies inter ſcorpiones, quos occidere
Gene.51 nō licet,cauere aūt iubemur.Ezechi.2.Nōdum enim impletę ſunt iniquitates Amorreorū. Si igitur ſe- G
parare nō poſſumus lolium,quia ſolus dñs nouit qui ſint ſui.2.Timo.2.Et ſeptem milia erant vbi vnus
tātum putabatur.3.Reg.19. Et e cōuerſo vix tercētum erāt vbi triginta milia numerati ſunt, Iudi.7.Ne
ceſſe eſt viuere inter lolium,quia & tu forte aliquādo Zizaniū fuiſti,imo ſine forte.Hęc enim fuiſtis ait
1.Cor.6. Paulus,ſed abluti eſtis,ſanctificati,iuſtificati & trāſlati de morte ad vitam.Inuicē igitur tolerate Ziza
nia,qui iā eſtis frumēta:nō enim eſt triticū,qui loliū nō tolerat.Audi vocem frumēti.Cū his qui oderūt
Auguſti. pacem eram pacificus.Pſalm.119.Auguſti.Graue nimis videbatur ſeruis bonis eſſe Zizania cum tritico
ſed nō euellatis inquit,imo tolerate,donec fodiatur peccatori fouea( Pſal.93.Et Tobię Cap.8.)Et vos
enim aliquādo tolerati eſtis.Mirabilis quidem eſt dei patiētia,oportet tū patiēter ferri,quod nō oportet
feſtināter auferri.Hac paciētia factum eſt,vt furem dñs pertulerit,anteqꝫ traditorem oſtēderet.Qui ſunt
igitur hi qui nomine Zizaniorū ſignificātur,qui quādiu incertū eſt vtrū nam Zizania ſint an triticum
Idem tolerādi ſunt?Auguſti.Zizaniorū nomine hęretici nūcupantur, qui inter Chriſtianos quidem viuūt,ſi
Hebre.11. cut loliū inter triticum,ſed nō cōmunicāt in radice ideſt in fide,ſine qua impoſſibile deo placere. Schiſ- H
maticos aūt nō facit fides diuerſa,ſed cōmunionis dirupta ſocietas.Videtur autem ſpicis corruptis ſimi-
les,vel paleis ariſtarū fractis vel ſciſſis & de ſegete ab ruptis.Cęterū q in eadē fide mali ſunt,palea po-
tius qꝫ Zizania nūcupantur,quia palea etiā ipſum fundamētum habet cū frumento radicem qꝫ cōmu-
Iudic.15, nem.Et in tempore meſſis inquit,dicā meſſoribus,alligate Zizania in faſciculos.Hi ſunt faſciculi,quos
Samſon ſuppoſuit vulpibus tercētum,ſuppoſito ſimul igne.Iis igitur vulpibus alloquitur dñs per Eſa-
iam Cap.50.Iuxta.70.Ecce omes vos ignem accēditis,& cōfortatis flāmam.Ambulate in lumine ignis
Hieronim veſtri,& in flāmis quas ſuccēdiſtis.Iuxta litteram ſignificat iudaici populi captiuitatem qua Romanis
traditi ſunt,vt in pęnis atqꝫ ſupplicijs diſcāt dei potētiam,& redeāt ad ſalutem.Iuxta tropologiam aūt
diſcimus pro qualitate peccati ignem vnūquēqꝫ ſibi ſuccēdere.Et quomō in eodē manētes lecto alij ſa-
ni ſunt,alij febriū ſuccēdūtur ardoribus,ex diuerſitate humorū diuerſa ſuplicia ſentiētes, ſic & ignis qui I
a peccatoribus ſuccēditur,materiam in peccatis habet,vt magis minus ve cruciet. De his vulpibus rur-
Cap.24 ſus Eſaias dicit.Viſitauit dñs ſuper miliciam cœli,& ſuper reges terrę, & cōgregabūtur congregatione
Hierony. vnius faſcis in lacum,& poſt dies multos viſitabūtur.Hierony.Nō ergo ſola terrena ſed & cęleſtia vi-
ſitabit.Viſitabit aūt dominus ſecūdum idioma ſcripturarū quaſi ęgrotātem militiā & exercitum cęli:&
ferro & cauterij indigētem.De hac militia vide.Deut.4.Caput igitur & corpus (De quo vide Danie
lis.7)Cōgregabūtur quaſi in vno faſce:quorū typum ille tenet,qui male indutus,ligatis manibus & pe
Obiectio. dibus,miſſus eſt in tenebras exteriores.Matt.22.Sed ſi in faſciculos ſunt colligādi impij,quomodo dicit
propheta cōgregādos cōgregatione vnius faſcis?Soluitur obiectio ex verbis Hieronymi hic poſitis:ꝙ in
vno & eodē manētes lecto,diuerſa tamē ſentiūt ſupplicia.Quod aūt ſequitur:& poſt multos dies viſi-
tabūtur,nō cōdonat tempus pęnitētię dānatis poſt multa tempora ſicut aliqui dixerūt: nō enim dixit,
viſitabūtur a domino vel angelis,ſed abſolute, viſitabūtur,ex qua ambiguitate verbi & remedium po
Deut.25 teſt intelligi,& correptio,ꝙ poſtqꝫ iuſti pręmia receperint,illi in pęnis perpetuis viſitētur. Sed ſi iuxta K
delicti mēſuram erit & plagarum modus,quomō dicit in vnū faſcem cōgregādos, vbi nullus eſt ordo?
Gregoriꝰ. Iob.Cap.10.Sed ſi ordo nō eſſet,nō diceret dominus,colligate in faſciculos ad comburēdum Audiamus
Gregoriū poſt Hieronymum.Faſciculos ad conburēdum ligare,eſt eos qui ęterno igni tradēdi ſunt pa-
res paribus ſociare:vt quos ſimilis culpa inquinat,par pęna cōſtringat.Nam & in cęlo māſiones multę
ſunt.Ioan.14.Gehēna igitur qꝫuis vna ſit,ſicut dixit Eſaias,cōgregatione vnius faſcis, nō tamē cūctos
vna eademqꝫ qualitate ſuccendit.Nam ſicut vno ſole omnes tāgimur,nec tamē ſub eo vno ordine oēs
ęſtuamus,quia iuſta qualitatē corporis ſentitur pōdus caloris,ſic dānatis vna eſt gehēna quę afficit,&
tamē nō vna omnes qualitate comburit,quia quod hic agit diſpar valetudo corporum,hoc illic exhibet
diſpar cauſa meritorū.Ab eſſe autem ordo in ſupplitijs dicitur,quia quibuſlibet rebus in pęnā ſurgētibꝰ
(armabit

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

(armabit enim omnem creaturã in vltionem inimicorũ) propria qualitas nõ ſeruatur, ſed dolori ſucce-
det metus: & metui dolor, flãma ſuccẽdit, nec illuminabit, vermis nõ morietur & ipſi morientur, & fiet Eſai. 66.
in eis mors ſine morte, & finis ſine fine, quia & mors viuit: & finis incipit. Triticũ autem cõgregate in
horreũ meum. Quãdo igitur dicit dñs, quid paleis ad triticum, nõ dicitur de frumẽto cum eſt in agro: ibi
enim eadem radice vtrũq; fulcitur, nõ cum eſt in area, quia ſimul triturãtur, ſed vẽtilabro excutiẽte &
flãte vento, tũc fiũt primo diuerſa. Cũ autem dicat dñs: ſinite vtraq; creſcere: ne forte pro lolio eradice-
tis triticum, quęritur quo iure, vulpes illę tercẽtum ideſt hęretici quorũ illę figuram geſſerunt, incendio
A tradũtur? Quęſtio hec ex Deut. Cap. 13. Solui poteſt. Dicimus tamẽ breuiter q ex ipſo euãgelij ſoluitur Quęſtio.
textu. Cũ enim dicat dñs, ne forte eradicetis frumẽtum, illos prohibet eradicari: quivtrum ſint lolium an
frumẽtum incertum eſt. Sed ſi argumẽtis idoneis zizania apparuerũt, quia ſemel malus ſemper pręſu-
mitur malus, huiuſmodi Zizania iubẽtur in ignem mitti, Et patet. Tũc dimiſſis turbis venit in
domũ & acceſſerũt ad eum diſcipuli ſui dicentes. Ediſſere nobis parabolam Zi-
zaniorũ agri. Qui reſpõdens ait. Qui ſeminat bonum ſemẽ, eſt filius hominis, ager
aũt eſt mundus, bonum ſemẽ hi ſunt filij regni: Zizania aũt hi ſunt filij nequã, Τοῦ
πονηροῦ, Tu poneru. Inimicus qui ſeminat eſt diabolus, meſſis vero, conſummatio ſę-
culi eſt, Meſſores autem angeli ſunt. Sicut ergo colligũtur Zizania & igne combu
rũtur: ſic erit in cõſummatione ſęculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colli-
get de regno eius omnia ſcãdala & eos qui faciũt iniquitatem, & mittẽt eos in cami
num ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Tũc iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno pa-
B tris eorũ. Hec omnia expoſita ſunt paucis demptis. Quod dicit filij neq̃, ly nequã eſt caſus genitiui,
tu poneru & videtur ad diabolũ pertinere: propter additum articulũ, ſicut illud Mat. 5. Riſe emas a po
tu poneru: libera nos ab illo malo. Dicuntur ergo impij ſemẽ neq̃ filij diaboli, iuxta illud, vos ex patre
diabolo eſtis. Ioan. 8. Nõ quia genuit, ſed quia inſtruxit mille artibus, filij enim huius ſęculi prudẽtiores Luce. 16.
ſunt filijs lucis: qui hic vocãtur filij regni. Filij aũt nequã rurſus vocãtur hic ſcãdala, de quibus ſcriptum Pſal. 72.
eſt. Mei aũt pene moti ſunt pedes, & greſſus effuſi: vidẽs pacem peccatorum. Quid enim tam abeſt vitę
& vię quã terũt iuſti, q mores barbari impiorũ, quorũ alij vẽtrem pro deo colũt, Phil. 3. Alij Mamonę
deſeruiũt, Matth. 6. Alij Baal colũt ſicut habes, 3. Regũ. 8. Alij Beelzebub: De quo: 4. Reg. 1. In labore
inquit hoĩum nõ ſunt, prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorũ: poſuerũt in cœlo os ſuũ. Auguſt. Quare pę Auguſti.
ne moti ſunt pedes tui: a via arcta quę ducit recta ad vitam: ad viam amęnã & latã, in cuius extremo
late patet ianua ditis? Quia vidi peccatores pacem habere ſanitatem diuitias, filios, honores, & Cętera
C de quib⁹ dicitur, recepiſti bona in vita tua. Hec inquit omnia cum hic peccatores habeãt: in hac die quę Luce. 16.
ad pacem ſibi dat mũdus, ego flagellis cędor, & caſtigatio mea in matutinis, interim aũt nec panis mi-
cas accipio quę cadũt de mẽſa iſtorũ quorum deus vẽter eſt. Audi quoſdã qui nõ pene ſed omnino de- Hiere. 44.
clinauerãt a via quę ducit ad vitã. Quãdiu libauimus reginę cęli: ſaturati ſumus panibus, & bene no-
bis erat, malumq; nõ vidimus. Ex quo aũt tempore receſſimus a cultu lunę: indiguimus oibus, & gla-
dio & fame cõſumpti ſumus. Hos infandos & peſſimos ſermones cum audierit aliquis ex filijs regni, ni
ſi intellexerit qualis finis maneat ſcãdala iſta, qui tam impie blaſphemãt dei maieſtatem, re vera moue-
bũtur pedes ſui ad ęmulãdum eorum impietatem. Sed quomõ inquit facti ſunt in deſolationem ſubito?
Velut ſomniũ ſurgẽtium. Fac hominẽ in ſomnis videre ſe inueniſſe theſauros: diues eſt ſed donec euigi-
let. Pauper dormierat, diues in ſomnis factus fuerat: ſi nõ euãgilaſſet, diues eſſet. Atq; vtinã vel ſic eſſet Luce. 16.
diues videlicet dormiẽs, & nõ pauper & miſerabilis apud inferos, & adeo pauper, vt vel ſtillam aquę
mẽdicet, ab vno paupere que nudius tertius micas pre foribus eius mẽdicabat. Hęc igitur ſunt ſcandala
D quę nequã ille ſeminauit. Quale enim ſcãdalum putas erat epulo cotidie ſibi parentãs ſplendide/Laza-
ro micas mẽdicanti? Ipſi inquit peccatores obtinuerũt diuitias, quia ſeruiũt reginę Cœli, ego autẽ fame
pereo, qui deũ meũ timeo. Vbi eſt dei prouidentia? Sed meſſem expecta: & meſſores, & veniet falx illa
volãs: Zach. 5. Quę alibi vocatur ſecuris, vt fęnum lignũ ſtipulã q ſuccidat. Mitte inquit falcem & me Apoca. 14
te, quia venit hora vt metatur. Iam inquit aruit meſſis, cũ multi adhuc ſint in flore, dicẽtes cũ Ezechia, Eſai. 38.
dum adhuc ordirer ſucciſus ſum. De hoc Dani. Cap. 5. Fecit Balthaſar grãde cõuiuiũ. In quo erat gula, Figura.
quia rex erat temulẽtus: & cęteri cõſequenter, luxuria, quia aderãt cõcubinę, ſuperbia, quia cõiugę nu-
mero mille ſedebãt & hi omnes principes, idolatria: quia laudabãt deos ſuos. Sacrilegium, quia profa-
nabãt vaſa cultus dei, bibẽtis in eis. Et ecce falcem vnã quę exarauit in pariete cõtra cãdelabrum verba
tria videlicet, mane, thetel, phares. Hoc eſt numerati ſunt dies regni tui atq; completi: põderatus es põ-
dere ſanctuarij, & inuẽtus es minus habens. Diuiſum eſt regnũ tuum, & datum eſt Mędis & Perſis. Et
E his dictis, falce demeſſus eſt, dum adhuc ordiretur telam lõgiſſimam, inconſulta inexorabili Athropo.
Sũt igitur meſſores angeli, de quibus habes Ezech. 9. Vide textum bonũ. Horũ etiã miniſterio vſus eſt
dominus in perimendis primogenitis ægypti. Colligẽtur igitur miniſterio angelico ſcãdala iſta e regno
eccleſię militãtis, & mittentur in ſtagnum ignis & ſulphuris, & flat⁹ domini ſuccẽdens ignẽ illũ. Eſa. 30
Vide Daniel. Cap. 7. Hec ſcãdala vocãtur Dani. 3. Naphtha ſtuppa: pix, & ſarmẽta. Naphtha autẽ ig-
nis eſt qui hiſpanice dicitur alquitrã. Cum igitur ſcãdala hec ideſt homines impij fornacem accenderent
& ipſi eſſent alias Naphtha & ſtuppa & pix & ſarmẽta, ignis videlicet infernalis cibus aptiſſimus, egre
ſſus ignis & flãma e fornace & effuſa cubitis. 49. Incendit quos reperit de Chaldęis. Pueros autem quo
modo tãgeret, quibus cum erat quartus ſimilis filio dei? Quodq; dicit, ibi erit fletus & ſtridor dentium,
exponetur, Matth. Cap. 22. Tũc iuſti fulgebũt. Ita dicit Eſaias: Erit lux lunę ſicut lux ſolis, & lux ſolis Eſai. 30
erit ſep-



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

1.Corin.15. erit ſeptēpliciter ſicut lux ſeptē dierū, in die qua alligauerit dn̄s vulnus populi ſui. Ita Paulus, alia clari-
Dani.12 tas ſolis, alia lunę, alia ſtellarū: ſic erit reſurrectio mortuorū. Ita Daniel. Qui docti fuerint, fulgebūt qua
Hierony. ſi ſplēdor firmamēti, & qui ad iuſticiā erudiūt multos quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates. Hieron. So-
lēt multi quęrere: vtrū doctus ſanctus & ſimplex ſanctus eādem mercedē habeāt: & vnā in cœleſtibus
māſionem. Vnde nunc iuxta Theodotionē dicitur: ꝙ docti ſimilitudinem cœli habeāt: & abſq; doctrina
iuſti fulgori ſtellarū cōparentur: tātumq; ſit inter eruditā ſanctitatem & ſanctā ruſticitatem quātum cę-
lū diſtat & ſtellę. Si igitur ſol & luna laboris ſui & curſus pręmia cōſequētur, vt luna ſicut ſol fulgeat,
& ſol ſeptēpliciter fulgeat, ſicut fuit lux ſeptem dierū, quādo ab initio creatus eſt mūdus, quāto magis
beatorū corpora immutabūtur, & iuuētus renouabitur ſicut aquilę eorū qui propter dn̄m mortificaue- F
Pſal.102 runt ea cotidie? Imo crucifixerūt cum cōcupiſcētijs ſuis. Gal.5. Saluatorem expectamus dn̄m nr̄m Ieſum
Chriſtū, qui reformabit corpus nr̄m cōfiguratum corpori claritatis ſuę, vt corpora noſtra que nūc arida
ſunt ante arcā teſtamenti vel ſub altare dei, accipiant ſecundas ſtolas, vt incipiant germinare & folia &
flores & fruct⁹ immortalitatis. Nō ergo mirū ſi iuſti tūc fulgebūt ſicut ſol, q̄ mō circūeūt in melotis, de
Num.17 gētes in cauernis terrę, interdiuq; vrūtur ęſtu & noctu gelu, & portāt pōdus diei & eſtiū, cū interi ſcā-
Hebre.11 dala ducāt in bonis dies ſuos. Iob.21. Quia em̄ oia ꝓpter hoiem facta in lapſu ei⁹ in deteri⁹ lapſa ſunt,
ipō reparato homine, in priorē ſtatum reparabūtur. Vnde illud vidi cœlū nouū & terrā, &c̄. Apoca.21.

Caput.xx. Ponitur parabola de fermēto a muliere abſcōdito ſub farine
ſatis tribus, Iten parabola de ſemināte & de Theſauro.

G
ALiam parabolā propoſuit eis dicēs. Simile eſt regnū cęlorū grano ſina-
pis. quod accipiēs homo: ſeminauit in agro ſuo. Quod minimū quidē eſt
omnibus ſeminibus, cū autē creuerit: maius eſt oibus holeribus: & fit ar
Matt.13. bor: ita vt volucres cęli veniāt & habitēt in ramis eius. Hunc textū ita ponit
Luce.13 Marcus. Cui aſſimilabimus regnū dei? Sicut granū ſinapis: quod cū ſemi-
natū fuerit in terra, minus eſt oibus ſeminibus quę ſunt in terra. Et cū natū fuerit, aſ-
cēdit in arborē: & fit maius oibus holeribus: & facit ramos magnos, ita vt poſſint
ſub vmbra eius aues cęli habitare. Poteſt dici ſecūdū cōſequentiā textus hāc tertiam parabolā
ſubiectā eſſe duabus pręcedētibus hac ratione. Dictū fuit in prima parabola ꝙ regnū cœlorum eſt ſicut
ſemē quod ſeminatur, cuius tres partes perierūt, vna tātū cōualuit & fructū fecit. In ſecunda dictū eſt ꝙ H
illius quartę partis quę ſeruata eſt etiā bona pars ſeminis ad mixtione lolhorū interijt atq; corrupta eſt.
Ne ergo putaret aliquis cū Helia, ꝙ ſolus ille relictus eſſet in regno cœlorū quod eſt eccleſia, reſpōdet do
3.Regū.91. minus, verum quidē eſſe paucos eſſe bonos reſpectu lapidū, ſpinarum, zizaniorū & ſcādalorū: cęterum
pauci iſti numero virtute ſunt & multi & boni, ſicut granum ſinapis: quod accipiēs homo, &c̄. Nec ta-
mē eſt intelligēdum ꝙ vnū tātum granū ſeminauerit (ſicut ferūt de lēte hyſopi) ſed eſt modus loquēdi
ſcripture, ſicut Exo.8. Venit muſca grauiſſima, & illud, vidit vnū hominem nō veſtitum veſte nuptiali.
Seminauit enim dn̄s primū duodecim grana, deinde duo & ſeptuaginta. De inceps ſeminatū eſt granū
Matth. 22 illud oium minimū Paulus, ego enim ſum minimus inter apoſtolos (1.Cor.15.) Qui Chriſti bonus odor
2.Cor.2 fuit in toto orbe, poſtq̄ more ſinapis ter virgis attritus eſt, ſemel lapidibus petitus: &c̄. 2. Cor.11. Granū
ergo ſinapis corpore quidē minimū eſt inter cętera holera, at virtute & efficatia maximū, & in hoc ſe-
cūdo vera eſt ſimilitudo, ꝙ videlicet nullum granū tam paruū inter holera, eſt tātę efficatię ex ijs quę no I
uimus. Quod autē ſequitur, & fit arbor & facit ramos magnos, rami pro ramuſculis debent accipi, niſi
dicas ꝙ in Paleſtina ſinapes ſint maiores q̄ in hac noſtra Hiſpania. Nec enim adhuc vidimus ſinapes
tātę proceritatis, vt poſſint ſub vmbra earū aues cęli habitare iuxta Marcū, & nidificare in ramis iuxta
Matthęū. Itaq; poteſt eſſe ex parte ſermo hyperbolicus. Habet aūt in hoc ſimilitudinē arborū, ꝙ habet
fructū in ramis more arborum, cū cętera holera ipſa vel cocta vel cruda māducentur ſicut lactucę: rapha
ni, Betę, paſtinacę &c̄. Poteſt & illud dici: ꝙ nomine volucrū intelligātur paſſerculi minores, & hi ali-
quādo viſi ſunt cōſidere in ramis ſinapis: & quieſcere ſub vmbra: idq; ſufficit ad veritatem ſimilitudinis
Hierony. cū veritate. Hierony. Quod minimū eſt in holeribus. Ad primā quippe doctrinā fidem nō habet verita
tis, hominē deū mortuum, & ſcādalum crucis prędicās. Cōfer huiuſcemodi doctrinā dogmatibus philo
ſophorū & ſplēdori eloquētię: & cōpoſitioni ſermonū: & videbis quāto minor ſit cęteris ſeminibus ſe-
mētis euāgelij. Sed illa cū creuerit, nihil mordax, nihil viuidum nihil vitale demonſtrat, ſed nenię ſunt K
omnia arachnearū telę, ſine capite fabulę, & merę nugę. Hec aūt doctrina quę primum herba erat, iam
Eſai.2. arbor eſt replēs terram, & quę lapillus erat, iā mons magnus eſt pręparatus in vertice mōtium, qui eleua
Ambroſi⁹ tur indies ſupra omnes colles, & fluūt ad eū omnes gētes. Ambro. Granū hoc prima frōte ſpecie ſui par-
uū vile deſpectū, nō ſaporem pręſtans, nō odorem. At vbi teri cęperit, ſtatim odorem ſuū acrimonia ex-
hibet, & tāto feruoris calore ſuccēditur, vt mirū ſit in tam friuolis granis tātum ignem fuiſſe concluſum.
Cū ſuccum eius ſumimus, vultu cōtriſtamur, frōte cōtrahimur, ad lachrymas promouemur, & ipſam ſa-
Exo.12 lubritatē corporis noſtri cū quodā flectu auſteritatis accipimus. Namq; & agnus cum amaritudinibus
Matth.10. iuſſus eſt māducari. Mādata enim cęleſtia quādam amaritudinem pręſe ferūt: puta nō habendas binas
tunicas, nō peram, nō calciamēta. Amaritudo iſta ſermonū ſalus eſt animarum. Dicitur aūt dominus Ie
ſus granū, quia cibus eſt vitę. Dicitur & flos, ratione puritatis, paſſibilitatis, odoris, decoris, & fructus
qui florem cōſequitur. Vocatur & platanus iuxta aquas, vt magnitudo eius explicetur & amęnitas, &
Ecci.14. fructum

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

fructuū exuberātia, per ſingulos videlicet mēſes ꝓferēs fructū vnum & folia eius ad ſanitatē gentium
Apoc. 22. Refert Plinius lib. 12. Cap. 1. De platano ad hunc modū. Nūc eſt platanus clara in lycia, ſo- Ecci. 24
cia geli di fontes amœnitate, itineri appoſita domicilij modo caua. Octoginta atq; vnius pedū ſpe- Plinius
cu, numeroſo vertice, & ſe vaſtis protegēs ramis arborū inſtar agros lōgis obtinēs vmbris. Vide eum.
De ſinapi autē. Ita dicit Plinius lib. 20. Cap. 22. Sinapim Pythagoras principatū habere ex ijs quorum Idem.
ſublime vis feratur, indicauit, q̄m nō aliud, magis in nares & cerebrū penetret, & iuxta Lucam ardēs Luce. 24
erat cor illorū duorum cū granum illud tereret ſeipſum ante nares eorū. Stomacho vtiliſſimum contra
oīa vicia pulmonibusq;. Excreationes faciles facit in cibo ſumptū. Datur & ſuſpirioſis, ſenſusq; atq;
ſternutamēta capitis purgat, aluum mollit, vrinā & mēſtrua ciet, & vuluarū conuerſionē ſuffitū exci
A tat, odore aceto mixto. Hec & multa alia dicit Plinius de natura ſinapis, vt nō abſq; multa cōgruita-
tę regnū eccleſię militātis ei ſimile ꝓhibeatur. Eſt igitur regnū cœlorum eccleſia militās, quę prius par Canti. 8.
ua erat & vbera nō habebat, donec atteri cępit perſequutionibus tyranorū: qui ſupra ſcādala dicti ſunt
& more ingētis flamē quo magis in eā perflauerūt vēti perſequutionum vt eam extinguerēt, eo magis Actu. 5.
vim caloris ſui explicabat dicens. Obedire oportet deo magis q̄ hoibus. Ad hec Auguſtinus. Granum Auguſti.
ſinapis ad feruorē fidei pertinet, eo ꝙ dicatur venena expellere. Et hoc mō verū eſt, quod ſupra dixit
Hieronymus ꝙ fides prima frōte videtur eſſe minor cęteris dogmatibus philoſophorū, quia nihil ve-
riſsimile ꝓponit credēdum, ſed difficilia creditu, & q̄ remota ab intellectu, & ea quę tradit, ſermone
nō admodum culto. Ego inquit cum veniſſem ad vos, nō veni in ſublimitate ſermonis, annuntiās gra Eſai. 53.
num illud mortuū & ſepultū, attritum ſatis propter ſcelera noſtra, quod tamē iam viuit potētia dei, vt
ſit a modo arbor illa de qua Dani. Cap. 4. Aſſumamus autē & nos pēnas colūbę, vt volitantes ad al
tiora, poſſimus habitare in ramis huius arboris dicamus q; cū ſpōſa, aſcēdam in palmā, & apprehen-
B dā fructus eius. Canti. 7. Aliā parabolā loquutus eſt eis dicēs. Simile eſt regnum cęlo- Matth. 13.
rum fermēto: quod acceptū mulier abſcōdit in farinę ſatis tribus, donec fermēteſ- Luce. 11.
ceret totum. Quoniā ſicut dicit Hieronymus, turba nō vnius ſentētię eſt, ſed diuerſarū in ſingulis
voluntatū, ideo loquitur ad eā in multis parabolis, vt iuxta varias volūtates, diuerſas reciperent diſci Gene. 6
plinas. Vnde illud. Tolles tecū ex oibus eſcis quę mandi poſſunt, & cōportabis apud te & erūt tam
tibi q̄ illis in eſcā. Gloſa. Potuit Noe diuinitus admonitus quā cuiq; aialium congrueret eſcam pręter
carnes reperire & cōdere, & oibus veſci cogit fames, & nihil eſt quod deus ſuaue & ſalubre facere non
poſſit, qui etiā vt ſine cibo viueret, diuina facultate donaret. Sunt em̄ multa animalia quibus caro ci-
bus eſt, quę etiā fructibus veſcūtur, maxime ficubus & caſtaneis. Simile eſt inquit regnū *cœlorum &c̄.*
Dicitur aūt abſcōdi fermētum, quia cum fermētum ſit modicū reſpectu totius cōſperſionis occulitur in
maſſa, vt totā vi ſua fermētet. Forte ſimilitudo hec deſumpta eſt ex Gene. Cap. 18. Accelera inq̄t o bo
C na vxor & cōmiſce tria ſata ſimilę, & fac ſubcinericios panes, gręce apocriphos, vt quod ibi vocat̄ pa
nis ſecretus, quia ſub cinere coctus, vocetur hic fermētū in corde cōſperſionis. Satū iuxta Hieronymū
ſeſquimodium capit. Ita ſata tria ſunt modij quattuor cum dimidio. Modi⁹ autē tertia pars eſt ampho
rę: ita tria ſata faciūt ſeſqui amphoram. Amphora autē vt conijcere licet ex Mathęo, ea eſt quā vulgus
cātarum vocat. Inducitur autē parabola hec ad id quod pręcedēs. Chryſo. Sicut fermentū tranſmutat Chryſoſt.
multā farinam virtute ſua in virtutē ſuam, ſic & vos totū mundū tranſmutabitis, iuxta illud Matt. 8.
Multi veniēt ab oriēte & occidēte, & recūbēt cum Abrahā Iſaac & Iacob, in regno cœlorū. Nomine
autē horū patriarcharum quorum deus peculiariter dicitur deus Exo. 3. Et alibi, intelligūtur quicunq;
iuſti quacūq; ex parte orbis venturi ſunt vt fermētentur a calore viuido fermēti huius, quod & ipm cō
fectum eſt ex grano illo ſinapis, aut tritici iuxta Ioānem cap. 12. Bene ergo tria dicūtur fermētāda ſata
vt ſpiritus & anima & corpus in vnū redacta, nō diſcrepēt inter ſe, ſicq; impetrēt a dn̄o quodcunq; pe Logicon.
tierint. Aliter legimus in Platone tres eſſe in anima paſſiones Τὸ λογικὸν: ideſt rationale, Τὸ θυμικὸν Thymicō
D ideſt iraſcibile, Τὸ ἐπιθυμητικὸν ideſt cōcupiſcibile. Et putat ille philoſophus rōnale noſtrū in cerebro Epimiticō
irā in felle, deſideriū in iecore cōmorari. Accipiamus ergo & nos fermētum ſacrarum ſcripturarum, & Hierony.
tres humanę paſſiones in vnum redigētur, vt in ratiōne poſſedeamus prudētiam, in ira odium cōtra vi
cia: in deſiderio cupiditatē virtutum. Aliter. Alij mulierē iſtam interpretantur quę fidē dei & *hominis*
farinę tribus ſatis miſcuit, credulitatē patris & filij & ſpiritus ſancti. Cumq; in vnū fuerint *fermentata* *Hieremi*
nō nos ad triplicē deum, ſed ad vnius diuinitatis ꝓducet noticiā. Mulier hec immaculata *virgo eſt, quę*
nō ex qualibet farina ſed ex ſimila, tria ſata fide ſua cōmiſcuit in cōfuſe & in *alterabiliter. in Chriſto*
enim ieſu tres ſunt ſubſtātię, vna ęterna, altera vetus, tertia noua, quia nouum *faciet Dominus ſuper*
terram. Hec vnio tam in ſeparabiliter facta eſt: vt diſcedēte anima a carne: verbum *deus a neutra ſe ſū*
E geretur. Vocat autē Georgius Merula ſimilam, delitias triticę farinę. *Vere enim verbum* caro delitię Georgius.
ſunt generis humani. Poteſt autē dici iuxta Hilarium: ꝙ fermētum eſt Chriſtus, *qui abſcōſus* fuit in tri Hilarius
bus mēſuris videlicet in lege in prophetis & euangelio, & ipſe omnia *vnum fecit*, quia quod lex figu
ris ad vmbrauit. & prophetę pędixerunt, id dominus Ieſus opere exhibuit, *ſicut ſcriptum eſt*, oportet Luce 24.
impleri id quod ſcriptum erat in lege & prophetis & pſalmis de me. *Cęterum* ſicut dicit Chryſoſtom⁹ Chryſoſt.
Tria ſata poſuit dominus: ponens numerum determinatū pro *indiſinito*, niſi ꝙ veriſimile eſt, paleſ-
tinas fœminas tantā cōmuniter fermētare farinam. Et dicebat eis. Sic eſt regnū dei, quēadmo Marci. 4
dum ſi hō iaciat ſemē in terra & dormiat: & exurgat nocte & die: & ſemē germinet
& increſcat, dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat primum herbā, deinde ſpi-
cam, deinde plenum frumētum in ſpica. Et cū ex ſe produxerit fruct⁹, ſtatim mittit

falcem

Fondo reservado de EL COLEGIO de JALISCO

falcem, quoniã adeſt meſſis. Hec parabola fere eadē eſt cũ illa de bono ſemine. Sed hoc intereſt, ꝙ ibi fit mentio de tritico & zizania vel lolio (Cuius quãdiu in herba eſt, & nondum culmus venit ad ſpicã grãdis ſimilitudo eſt cum frumento, & in diſcernendo fere nulla diſtãtia) hic autē de tritico tãtum. Et obſeruãdum ꝙ ibi dormiēte patre familię: lolia ſunt ſuper ſeminata, hic autē ſomnus nõ nocu-
Roma. 8 it agricolę, qm̃ diligētibus deũ omnia cooperãtur in bonum, & alioqui etiam dormiēs vigilabat. Ita
Cantic. 5 ꝗ quod ſequitur: ſemē nocte interdiu ꝑ tacitis incrementis exurgit abſq; cuiuſuis opera, ad illud refer tur quod diximus: omnia cooperari in bonũ hoi qui in pace in idipſum dormit. Imo iuſtus ſi ceciderit
Origenes. etiã ſepties in die, Prouerb, 24. Nõ collidetur: ſed reſurget, domino ſupponēte manũ. ps. 36. Ita Paulus
1. Cor. 10. ſiue mãducatis ſiue bibitis ſiue aliquid aliud facitis: quod eſt iuxta Originem, ſiue vxoribus cõgredimi ni, oĩa in dei laudē facite. Quod autem dicit, terra fructificat natura dũ neſcit ille: exponitur per illud, F
ſunt iuſti atq; ſapiētes, & opera eorũ in manu dei, & tñ neſcit hõ vtrum amore an odio dignus ſit, ſed oĩa in futurum ſeruantur in certa. Quis em̃ certus eſt de ſua ſalute ſuoq; in melius profectu, qñ Pau-
1. Cor. 4 lus incertus eſt dicēs, & ſi nihil mihi cõſcius ſum, nõ tamen in hoc iuſtificatus ſum. Audi ſanctũ Iob. Si
Iob. 9. iuſtificare me voluero, os meũ cõdemnabit me. Etiã ſi ſimplex fuero, hoc ipm ignorabit (Obſerua verbũ ignorabit) anima mea. Et infra. Si lotus fuero aquis niuis, & fulſerint velut mũdiſſimę manꝰ meę, tamen ſordibus intinges me. Gregorius Deus nos ſordibus intingere dicitur, quia quãto ad illum ve-
Gregoriꝰ. riꝰ per bona opera ſurgimus, tãto ſubtilius vitę nrę ſordes agnoſcimus, quibus ab eius mũditia diſcordamus. Bene ergo dictum eſt, vltro terra fructificat cum herbã tũ & ſpicam & plenũ frumētum, qđ
Eccẽs. 9 eſt: quodcũq; poteſt manus tua inſtanter opatur, id tamē neſcit hõ, quia neſcit vtrum odio vel amore digna ſint opera ſua. Verbũ autem illud, vltro terra fructificat, poteſtatem liberi arbitrij oſtendit in hoie, nihil enim eſt beatificabile in hoie de per ſe, niſi ſit volũtarium. E cõtra autē nihil ardet apud in- G
feros deperſe, niſi volũtas, quę cum poſſet, noluit. Hic eſt vermis qui nõ morietur. Ocimũ, blitum, napus, eruca tertio die erũpũt, Anetũ. 4. Lactuca. 5. Raphanus ſexto, cucumis & cucurbitę ſeptimo. Naſturtium ac ſinapis quinto Beta ęſtate ſexto. hyeme decimo. Cępe. 19. Die Origanũ poſt. 30. diem. Omniũ difficillime apium, quadrageſimo enim die cũ celerrime, quinquageſimo em̃ maiore ex parte emergit. Ad hec Ambroſius. Primũ facit herbã, Exerit tñ frequēter miſericors deus mirabiles iſtos ſuę operationis effectus: & quibuſdam mentibus nõ expectata profectuum mora, totum ſimul quicquid collaturus eſt inuehit. In Abrahę lumbis leui ſanctificatur, & ſimul cum eo domus Aarõ, & ſacerdotalis ordo benedicitur. Heb. 7. In iſaac de repromiſſione cõcepto omnium gētium vocatio & tota chriſti forma pręcõditur. Iacob nullo merito ſuffragante priuſq; naſceretur eligitur. Hieremię dicitur, priuſq; te
Malach. 1. formarem in vtero noui te. Ioãnes inter materna viſcera exultat repletus ſpũ ſctõ: & vt nullus inter natos mulierũ maior eo ſit, prius ſentit initia gratię ꝙ naturę. Verũtamen multo numeroſior pars illa eſt hominũ, cui particulatim quicquid ſuperna largitas donat, accreſcit: vt cõferendorum munerũ cauſę de H
ijs quę ſunt collata pariatur. Et ſtatim agricola falcem mittit. Nõ enim oium vnũ eſt tempus metēdi.
Sap. 4. Sũt enim quidã qui paucis annis expleuerũt tempa multa, & hi ſunt de quibus dicitur: hi vna hora fecerũt, & pares illos nobis feciſti: qui portauimus põdus diei. Lodouicus eps Toloſanus annorũ. 22. Deceſſus eſt, Agnes annorũ 13. Caterina annorũ duo de viginti, pancratius annos nactus. 15. Martyrizatur (Sed vndas numero) & illa, 144. Milia de quibus Apoc. 14. Sunt & alij & ipſi quidē pleni bo-
Gene. 12 nis operibus: ſed nõ ante ſenectutē. Nam Abrahę annorũ 75: dicitur, egredere de terra tua, hoc eſt ingre
Geneſ. 25 dere primos virtutis limites: ſiquidē ante hoc pręceptũ qualis fuerit Abrahã ignoramus. Annorũ autē 99: dictum eſt ad illum. Eſto irreprehenſibilis. Annorũ, 175: vita functo: dicit de eo ſcriptura: mortuꝰ eſt Abrahã plenus dierũ ideſt meritorũ. Qm̃ ergo nõ oium iuſtorũ merita vno & eodē tempore cõſum-
Num. 20 mãtur, ſoliꝰ autē dei eſt noſſe tps vnius cuiuſq; (moritur enim Maria primũ ſecũdo Aarõ: iubente domino vt intelligas ꝙ mors eius nõ fuit naturę ſed gratię, 3. Ipſe Moſes qui etiã eodem mortis generę I
obijt) recte dicitur, ſtatim mittit falcem, qm̃ adeſt meſſis. Cęterũ Helias & Enoch falcem vbicũq; ſint nõ euaſerunt: ſequitur. Et talibus & multis parabolis loquebatur eis verbũ prout poterant audire. & ſine parabola nõ loquebatur eis: vt impleretur quod dictũ eſt per p
Marci. 4 prophetã. Aperiã in parabolis os meum: eructabo abſcondita a conſtitutione mun
Matth. 13 di. Seorſum autem diſcipulis ſuis differebat oĩa. Hoc vltimũ quod dicit Marcus, ſeorſum autem oĩa diſcipulis differebat, ad illud refertur quod ſupradictũ eſt, vobis datũ eſt noſſe myſterium Ac pro inde dicũt aliqui ꝙ in his. 5. parabolis pręcedētibus & tribus ſequētibus cõtinetur totus eccleſię decurſus a tempore quo cępit euãgelium prędicari vſq; ad cõſummationē ſęculi: intererat autē apoſtolorum hęc oĩa ad plenũ intelligere, vt pote qui lux erãt mũdi & ſal terrę. Cęterũ populo craſſo in parabolis loquebatur: propter cauſas ſuperius expoſitas. Vt impleretur quod dictum eſt, ps. 77. Propheta eſt Aſaph. Aperiã in parabolis. Hieronymus. Cõſiderandum attētius & intelligendum, in hoc K
Hieronim pſalmo deſcribi egreſſum iſrael de ægypto, & oĩa ſigna narrari, quę in Exodi cõtinentur hiſtoria. Ex quo intelligimus vniuerſa illa quę ſcripta ſunt, parabolice eſſe ſentiēda, nec manifeſtam tãtum ſonare litteram: hoc enim ſaluator innuit dicēs, eructabo abſcõdita a cõſtitutione mũdi. Oibus igitur omnia fiebat dñs vt oẽs lucraretur: & iuxta prouerbiũ, polypi (Si ita loqui licet) mētem obtinebat. Namq; & Dauid aliquãdo ſimulauit ſtulticiam ferebat enim res. 1. Regũ. 21. Qui habet aures audiendi audiat. Simili eſt regnũ cęlorũ theſauro abſcõdito in agro, quē qui inuenit hõ abſcõdit, & pręgaudio illius vadit & vendit vniuerſa quę habet, & emit agrũ illum.
13. Ager in quo eſt theſaurus oibus obuius eſt: theſaurũ vix vnus videt. Ita licet omnes audierin euãgeliũ nõ tamen

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

nõ tamẽ oẽs obediũt euãgelio Rom.10 Imo multis theſaurus hic carbones ſunt, alijs ſcãdalum:gẽtibus ſumma ſtulticia. Quid enim ſeculari hõi ſtultius, q̃ dãno pręſentium ęterna ſed futura mercari bona? Et maxime cum de illis bonis dicatur, ꝙ oculus ea nõ vidit, nec audiuit auris. Tamen ſi illa cõſiderent quę nobis promiſſa ſunt ab illo qui mẽtiri nõ poteſt, vileſcẽt animo oĩa quę habẽtur in terra, quę oĩa Paulus nõie ſtercorũ cẽſet. Hilarius. Hic quidẽ theſaurus gratis inuenitur, euãgelium enim vbiq; prędicatur, ſed poſſidẽdi huius theſauri cum agro poteſtas, nõ poteſt eſſe ſine pręcio, quia cœleſtes diuitię nõ ſine dãno ſeculi poſſidẽtur. Vadit igitur & vẽdit oĩa. Ad ſtudioſum aũt ptinet nõ ſolum opari, ſed delectabiliter opari, cũ ſit ſignum generati habitus, operari ardua licet, cũ delectatiõe, iuxta illud, ibãt gaudẽtes. Actu.5. itẽ illud, Agatha lętiſſime & glanter ibat ad carcerẽ. Theſaurus itaq; hic quantum 1.Cor.2. Hilarius. 2.Ethi.

A ego ſapio, denarius eſt ille, qui datur in ſero diei cultoribus vineę. De quo Gregorius. Si conſideremus quę & quãta nobis promittuntur in cœlis, vileſcũt animo oĩa quę habẽtur in terris. Ita dicit Paulus, q raptim quidem, vidit tamẽ theſaurũ iſtum, neſcio in corpore an extra corpus poſitus. Vt Chriſtum lucrer, oĩa ſum arbitratus veluti ſtercora. Nec tamen neceſſum eſt vt hũc compares theſaurũ oĩa vẽdere quod propriũ eſt apoſtolorũ. Siquidẽ Abraham: Dauid, Ioſaphat Ezechias Iozias diuites fuerunt, & cũ diuitijs theſaurum hũc ſimul poſſederunt. Dixit tamẽ Dauid, quid mihi eſt in cœlo? Et ate quid voluiſuper terram? Ergo & rex iſte oĩa dedit peſſum propter neſcio quem theſaurũ quẽ in ſpe habebat in cœlo. Dixi propter neſcio quem theſaurũ: ſiquidem oculus nõ vidit eũ: nec in cor hominis aſcẽdit quid ſit theſaurus iſte, qui poſſideri poteſt, explicari nõ poteſt. Auguſtin9. Quantum eſt, quale eſt? Quid eſt illud quod parasti mihi in cęlo? Et ate quid volui ſuper terrã? Seruas tu mihi diuitias immortales teipſum, & ego volui ate in terra quod habẽt & impij: aurum & argentum, gẽmas: familias, quod habent ſcelerati multi. Hec pro magno deſideraui a deo meo ſup terrã, cum ſeruet ſe mihi in cœlo deus meus? Gregorius ps.72. 1.Cor.2 Auguſtin.

B Ego inquit protector tuus, & merces tua magna nimis. Geneſ.15. Et quãti venit merces iſta, hic theſaurus? Egredere de terra tua &c. Zachęus aũt dimidio bonorũ ſuorum theſaurum iſtum emit vel agrum in quo latet. Nam ꝓ iuxta Auguſtinum theſaurus iſte diuerſis emitur pręcijs, & ad illum emẽdum nullus pauper. Dicamus & nos; ad illũ emẽdum oẽs ſumus pauperes: nõ enim ſunt cõdignę paſſiones momẽtaneę huius tẽporis, vt pro illis iuſte cõmutetur theſaurus hic, qui replebit in bonis deſiderium noſtrum. Quid eſt ergo: prę gaudio illius vẽdit oĩa? Omnia vendit, qui oĩa veluti ſtercora reputat comparatione theſauri huius. Nam de multis ſcriptum eſt: villã emi, habe me excuſatum, quinq; iuga boum emi, habe me excuſatum. Vxorem duxi, nõ poſſum venire. Inuẽtum inquit theſuarum abſcõdit. Gregorius. Deprędari enim deſiderat, qui theſaurum publice portat. Nõ ſum inquit ſicut cæteri &c. Intellige ergo mecum, quomõ orãti pharıſæo (ſed oratio eius facta eſt ſibi in peccatũ) aſſiſtebat ſatanas, & deprędabatur oĩa bona quę ille incaut9 inter execrãdum enumerabat, vt qui diues templum aſcenderat, Gene.12 Auguſtin. Rom.8 Pſalm.16 Luce.14 Gregorius Luce.18

C pauper cęcus & miſer domũ ſit reuerſus. Hoc eſt quod ſuperius dictum eſt, venit diabolus, & tollit verbum de corde ipſorum: quia nõ abſcõderũt tantum theſaurum in corde: ſicut dicitur de virgine Cecilia ſemper euãgelium chriſti gerebat abſcõditum in pectore ſuo. 14.q.5. Siquid. Talis erat lex tẽpore quo Chriſtus docebat, Inuẽto theſauro a caſu in agro alieno, dimidiũ erat inuenientis vel reperientis. Vt ergo totũ poſſideret: agrum emit. C.lib.10. De theſaudo. L. nona. Cęterũ verbũ hoc de inuẽto, vel repto theſauro Andreas nõ ſeruauit ad lr̃am, ſed theſauro repto, inuenim9 inqt o fr̃ Meſſiã Xp̃m dominũ.

## Caput. xxi. Parabola de hoĩe querente pulchras margaritas & de ſagena miſſa in mare congreganti piſces ex omni genere que etiam a domino paucis explicatur.

D ITerum ſimile eſt regnũ cęlorũ homini negociatori quęrẽti bonas & pulchras margaritas. Inuẽta aũt vna precioſa margarita, abijt & vendidit vniuerſa quę habuit: & emit eam. Quicqd diximus de theſauro, id dictum puta de hac cœleſti margarita, quę tm̃ valet vt a ſolo deo ęſtimari poſſit. Eſt enim illud vnum & ſumme neceſſarium, & in ſe, q ſolus deus habet neceſſe eſſe, & nobis: quia ſine illo beati eſſe nõ poſſumus. Parũ dixi, ſine illo, ſemper miſeri erimus pauperes & cęci. Inuenta inquit vna, vẽdidit oĩa & mercatus eſt eam. Nec tamẽ ſibi viſus eſt factus pauperior, ꝙ iam nihil haberet priſtinarum poſſeſſionum, cum cõſcius eſſet ſe habere & poſſidere margaritum, quod quanlibet exiguũ, tamẽ oĩum terrenarum poſſeſſionũ prętium ſuperaret in cõparabiliter. Oĩa inquit vẽdidit Paulus. Oĩs enim qui in ſtadio currit, ab oĩbus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem vnionẽ accipiãt, nos aũt ęternam margaritam, quã nemo ęſtimare poteſt niſi qui accipit. Carbunclũ gẽmam po- Luce.19 1.Cor.9 Apoca.

E ſſedit quidam Nonius ſenator, ob quã ab Antonio proſcriptus fuit, qui hanc gẽmam e fortunis ſuis ſecum detulit, ſeſtertiũ: 20. milibus ęſtimatum hoc eſt, aureis nr̃is quinquaginta milibus. Dubiũ ne maior Antonij luxuria fuerit, propter gẽmam hoĩem proſcribẽtis, an Nonij contumacia, potius proſcribi paſſus, q̃ꝫ vnã perderet gẽmam. Et hic igitur pro vna poſſidẽda margarita oĩum detrimentum fecit, & hec iuxta prouerbium vitrea. Si igitur tanti potuit ęſtimari vitrum, quãti cœleſte margaritum? Gẽmarum olim tãta fuit autoritas, vt Polycrati Seuero Samio inſularum ac litorũ Tyrãno fęlicitatis ſuæ quã nimiã eſſe fatebatur ipſe (nec falſus eſt) ſatis piamẽti in vnius gẽmem volũtario dãno videretur, ſi cũ fortunę volubilitate paria faceret, planeq; ab inuidia eius abunde ſe redimi putaret, ſi hoc vnum doluiſſet. Nonius. polycrates

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

doluiſſet. Aſſiduo ergo gaudio laſſus profectus nauigio, in altũ anulum merſit. At illum piſcis eximiæ
magnitudine regi allatus eſcę vice raptum vt faceret oſtentum in culinã dñi rurſus fortunę inſidiantis
manui reddidit. Hic tamẽ Tyrãnus breui poſt modũ ſuper lignũ in mõte edito pepẽdit, nõ enim dede-
rat paupibus ſua vt margaritũ emeret cęleſte: ſed fortunę. Hierony. O quãtis ſudoribus hęreditas caſſa
expetitur. Minori labore margaritũ Chriſti emi poterat. Hieroſolymis Acorius quidam ex eminẽti par
te templi ſe pręcipitaturus (vrgebat enim vis hoſtium) luci inquit hęres meus eſto: ſi me cadẽtem exce-
peris. Ruens autẽ ſuo lapſu hęredem peremit oneri ſub eũtem: ipſeq́ ſeruatus eſt. Legimus apud Bu-
dęum, Cęſarem margaritam vnam centum. 50. milibus aureis emiſſe, vt donaret adulterę. Minore igi-
tur labore margaritum cœleſte emi poterat. Quis enim tm̃ reliquit pro amore chriſti, quãtum hic vni
donauit meretrici? Sanius ſapuit qui dixit, pęnitere tanti nõ emo. Plinius lib. 9. Cap. 35. Duo fuere ma- F
ximi vniones per om̃e ęuum: vtrũq́ poſſedit Cleopatra ægypti reginarum nouiſſima ꝑ manus oriẽ
tis regũ ſibi traditos. Hęc cũ exquiſitiſſimis quotidie Antonij ſaginaretur epulis, ſuperbo ſimul ac pro
caci faſtu: vt regina meretrix, lauticias eius omnẽq́ apparatũ obtrectans, quęrẽte eo, quod aſtrui mag-
nificẽtię poſſet: reſpõdit vna ſe cęna centies ſeſtertiũ abſumpturã. Cupiebat diſcere Antonius, ſed fieri
nõ poſſe arbitrabatur. Ergo ſpõſionibus factis, poſtero die quo iudiciũ agebatur, magnificã alias cęnã
ne dies periret ſed cotidianã Antonio appoſuit irridẽti, cõputationem q́ expoſtulãti. At illa corollariũ
id eſſe, cõſumpturãq́ ſe ea in cęna taxationẽ cõfirmans, ſolãq́ ſe centies ſeſtertium cęnaturã: inferri mẽ
ſam ſecũdam iuſſit. Ex pręcepto miniſtri vnũ tãtum vas ante eã poſuere aceti, cuius aſperitas viſq́ in
tabiẽ margaritas reſoluit. Gerebatq́ auribus tum maxime ſingulare illud & vere vnicũ naturę opus.
Itaq́ ſpectãte Antonio: quid nam eſſet actura detractũ alterum merſit: ac lique factum abſorbuit. In te
cit alteri manum. Sed. L. plancus iudex parãti alterũ ſimili modo abſumere, prohibuit, victũq́ Anto- G
nium pronũtiauit homine irato. Iterũ ſimile eſt regnum cęlorum ſagenę iactę in mare, &
ex omni genere piſciũ contrahenti. Quã cum impleta eſſet, educẽtes: & ſecus litt⁹
ſedẽtes, elegerũt bonos in vaſa ſua: malos aũt foras miſerunt. Sic erit in cõſumma-
tione ſęculi. Exibũt angeli: & ſeparabũt malos ad medio iuſtorũ, & mittent eos in
caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. 23. q. 7. C. 1. Cœlorũ regnum inquit Gregori⁹
id circo terrenis rebus ſimile dicitur, vt ex his quę animus nouit, ſurgat ad incognita q̃ non nouit, &
per ea quę vſu didicit, quaſi cõfricatus incaleſcat: vt per hoc quod ſcit notum diligere: diſcat & inco-
gnita amare. Incognita quidẽ iuxta Auguſtinum diligere nõ poſſumus, ſi oĩno ignoramus. Dixit ta-
men Gregorius incognita pro inuiſis, aut incognita in cõceptu proprio. Quia licet omnis creatura ſit
peregrina ſimilitudo dei: quę enim participatio quod ſymbolum eſt inter lucẽ et tenebras? Nihilomin⁹
tamen inuiſibilia dei per ea quę facta ſunt intellecta cõſpiciuntur, ſuntq́ ſcalę quędam, per quas aſcẽ H
dimus in q̃lẽ qualẽ noticiam illius ſummi boni: de quo dicitur, ego oſtendam tibi omne bonum. Crea
Exo. 33. turę autẽ vel ſunt ciſternæ q̃ continere nõ valẽt aquã, vel ſunt (quod veri⁹ eſt) ſtilla ſitulę iuxta Eſaiã
Cap. 40. Stillę autẽ quomõ nos ducãt in noticiam oceani, nõ video, niſi aliquibus lincibus, qui ſciunt
ex vngue vnico, toti⁹ leonis molẽ coniectare. Phidias ex vngue leonis cõſpecto, totum leonem effin
xit, quaſi totum vidiſſet. Sic Pythagoras Herculani corporis menſuram ex Piſano ſtadio quod Hercu-
les ſuis pedibus fuerat metatus rõcinatus eſt. Medici ex vnius arterie pulſu de tota hoĩs valetudine in
Lucianus. dicant: & cauda de vulpe teſtatur. Et illud, ſeruaſti bonũ vinum &c̃. Dicit ergo. Simile eſt regnũ cęlo-
rum. Auguſtinus. Multi reprobi miſcẽtur bonis, & vtriq́ tanq̃ in ſagenam euãgelicã colliguntur, &
in hoc mũdo tanq̃ in mari vtriq́ incluſi retibus, indiſcrete natãt, donec perueniatur ad littus, vbi ma-
Pſalm. 39 li ſegregẽtur a bonis. Vnde Dauid. Annũtiaui & loquutus ſum multiplicati ſunt ſuper numerum. Hęc
Alex. Ales annũtiatio Matth. Cap. 3. Cępit, dicẽte Ioãne: pęnitentiam agite. Dicit autẽ hugo, referẽte Alexan. I
de Ales. 4. p. q. 68. q́ dominus ſoluẽs pęnitẽtem a culpa, ligat eũ vinculo perpetui odij eiuſdẽ peccati,
quę tamẽ obligatio ligat ad ſemꝑ ſed nõ pro ſemper. Sagena autẽ hęc iuxta Hieronymum ex lineis ve
teris & noui teſtamẽti cõtexitur, & vſq́ hodie in medijs huius ſęculi fluctibus tẽditur, cõpręhẽdẽs quic
quid inciderit funda enim eſt, ideſt bonos & malos piſces, cetos grãdes & reptilia quę inuicem vorant
facies enim hoĩum ſicut piſces maris. Boni innumerato ſunt videlicet, 153 Ioan. c. 21. Mali ſine numero
ſunt: dicẽte dño, neſcio vos. Nõ ergo includẽtis ſagenę fiducia libere delinquamus, & more cetorũ vo-
Matth. 25 remus inuicem, quia nõ omnes quos ſagena trahit (vtinã vel ſex tantem ex aſſe) piſcatorũ vaſa recipi
ent. Auguſtinus. Super ps. 64. Mare in figura dicitur ſęculum, ſalſitate amarũ, procellis turbulẽtũ, vbi
Auguſti⁹. hoĩes cupiditatibus peruerſis facti ſunt velut piſces inuicem ſe deuorãtes. Quis optat hereditatem, niſi
morte alterius? Quã multi vt emãt, optãt alios vendere res ſuas? Quomõ ſe inuicẽ opprimunt, & qui
poſſunt deuorant? Et cũ deuorauerit vnus piſcis maior minorẽ, deuoratur & ipſe a maiore. Teſtudinis
quomõ capiũtur verno tempore. O piſcis male prędã vis de paruo: pręda efficieris magno. Nos autem K
qui iam intra retia ſumus, gaudeamus, quia id quod videtur captiuitas libertatẽ pariet, retia enim quę
nos cęperunt, perducent ad littus. Vos igitur qui boni piſces eſtis, tolerate malos, retia nolite rũpere, cũ
illis eſtis in mari, nõ cum illis eritis in vaſis. Sane piſcatores illi ſunt quibus dictũ eſt, faciã vos piſcato-
Rom. 9. res hominũ, Matt. 4. Intereſt autẽ q́ piſces etiã neſciẽtes cõprehenduntur a ſagena homines autem non
niſi volẽtes, ſed nec volẽtis nec currẽtis eſt capi, ſed dei miſerẽtis, qui trahit vel attrahit quos vult. Eſt
igitur prędicator ſimilior piſcãti cũ arundine & hamo linea inſerto, ibi enim piſcis niſi hamũ voret, non
capitur. Sed qui volens cępit eſcã, nolens capitur ab hamo. Neſcit tamen piſcator quem piſcem pren-
Luce. 5 ſurus eſt, ſicut ſcriptũ eſt, in verbo tuo laxabo retę. Prędãtur autẽ illi quorũ tangit de⁹ corda (1. Re. 10)
De quorũ

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

De quorũ numero erat ille, in cuius ore erat didrachmũ, Matt. 17. Qui precepto dei heſit hamo Petri. Piſcator igitur indifferenter malis & bonis piſcibus verbũ dei proponit, necnõ eſt in poteſtate eius ꝙ capiatur ad vitam, ſed ille capietur, quem deus (volẽtẽ tamen) reti induxerit, vel eſca pellexerit. Id oſtẽdamus exẽplo. Cũ piſcaretur aliquãdo Antonius triũ vir: nihilq; capere poſſet pñte Cleopatra, angebatur iubet igitur piſcatores clam ſubmerſos hamo quẽ demiſerat piſces ãtea captos appẽdere. Per hunc modũ bis vel ter prẽda capta, nõ latuit ægyptiam admirari illa primum cẽpit ficte, deinde amicos rogare vt ſpectatores fierent eius miraculi. Cõueniunt frequentes poſtridie, ſcaphas conſcendunt, demittit hamũ Antonius: piſcatur ꝙ nõ in ſolita arte. Regina vero cum bis aut ter celeriter Antonius iã piſces extraxiſſet, ſuppoſiticios, quendã ex ſuis prẽuenire iubet, hamo ꝙ Antonij piſcẽ ſale & fumo iã olim ſeruatum affigere. Antonius prẽdam a ſuis appenſam ratus, arundinem ſuſtulit, admirati primũ

A omnes: inde re cognita, vehementer riſere. Tunc Cleopatra comiter, relinque imperator inquit calamũ nobis, nõ enim hec tua prẽda, ſed vrbes: littora, reges nationes. Piſcabatur itaq; Antonius, ſed ſuppoſiticios piſces, alias luderet & ipſe op amcum Petro, Luc. 5. Impleta igitur ſagena eccleſię ex omni natione quę ſub cœlo eſt; Apoc. 7. Id quãdo erit ſolius trinitatis beatiſſimẽ noſſe eſt) Tunc canente tuba illa cẽleſti & nouiſſima: angeli quibus hoc officij delegatum fuerit congregabunt electos ſimul & re p bos a ſummis cẽlorum &c. Matth. 24. Conclamabunt vaſa: Et quibus ſtatutis ad dextram iudicis, ſiue raptis obuiam chriſto in aera, mali mittentur in caminum ignis, vt torreantur ppetuo, iuxta quod ſcriptum eſt, trans ibunt mali ab aquis niuium in quibus vagabantur & habebant refrigerium ſuum, aut iuxta Luc. 6. Conſolationẽ ſuam, ad calorem intolerabilem. Ibi erit fletus, ſed inutilis, quia melius illis fuerat natos nõ fuiſſe. Intellexiſtis hec oĩa; dicũt ei etiã. Ait illis. Ideo oĩs ſcriba doct? in regno celorum ſimilis eſt hoĩ patri familias: qui profert de theſauro ſuo noua & 2. Cor. 15. 1. Theſ. 4. Iob. 24. Matth. 13. Historia.

B vetera. Cõcluſio eſt intera in oĩbus his pabolis, ea quę eſt, vt apli intelligerẽt oĩa verba dñi & maxime ſenſum ſpiritualem harũ octo parabolarũ: ne qui futuri erãt lux mũdi & ſal terrę: ſi dubia pro certis populis in prędicatione traderẽt & ipſi ſicuti & phariſęi fierẽt duces cæci cæcorũ. Matth. 15. Cum igitur annuiſſent apoſtoli, ſubiecit & aliam ſimilitudinẽ, qua hortatus eſt eos: vt hec & multo plura veluti apes argumẽtoſę colligerẽt ex ſacris litteris & reponerent in memorię pennario quo paratiores eſſent oblata occaſione, depromere teſtimonia, ſiue premijs ſit alliciendus auditor, ſiue ſupplicijs terrendus, ſiue de his quę ſunt fidei erudiendus. Omnis inquit doctor vel ſcriba doctus. Grece, Μαθητευθεὶς, mathetẽtis, vt intelligamus ex diſcipulo factũ doctorẽ. Nam vt nemo recte impat, niſi qui prius ipſe paruerit imperio, ita nemo bene agit magiſtrum, niſi prius bonũ prẽſtiterit diſcipulũ. Hic igitur qui huiuſmodi eſt, diſcipulus videlicet ſpiritus ſancti, ſimilis eſt homini patri familias. Cui cura incumbit alendę familię: qui debet habere multa repoſita p imminẽtibus vel occurrẽtibus neceſſitatibus extra ſportulã vel ratã portionẽ: & id vocatur theſaurus, in quo communiter ſunt pecunię recens ſignatę & Prouerb. 13.

C veteres. Pecunia vetus lex eſt Moſi: pſalmi & prophetę, moneta noua teſtamentum nouum. Ex his aũt duobus rete ſuum cõponit bonus piſcator, & implet theſaurum ſuũ doctus prędicator, & ſeminat agrũ ſuũ ſapiens ſeminator. Quod aũt ſcriptum eſt, nouis ſuperuenietibus vetera proijcietis, Leui. 26. Sẽſus eſt, pro agno immolate chriſtum: & pro terrenis cœleſtia ſuſpirate bona, quę in illis terrenis pręfigurabantur (ſicut gloria chriſti in vultu Moſi velato, Exo. 34.) Ac pro inde pręceſſit, comedetis vetuſtiſſima veterũ. Prima enim & vetuſſima: promiſſio facta Abrę eſt: in ſemine tuo benedicẽtur oẽs gentes. Prima promiſſio facta hebręis illa eſt, Exo. 3. Ducã vos in terrã fluentẽ lacte & melle, & vtraq; harum vnũ & idem ſignificat videlicet vitam ęternam. Sunt ergo vetuſtiſſima promiſſa ante legem, ſub lege vetera, in euangelio noua. Abijciamus igitur vetera quia carnalia ſunt lac videlicet & mel, retineamus vetuſtiſſima, quę ſola dei promiſſione tenebat Abraham & poſteri ſui cũ iure iurando: & in euãgelio completa ex parte videmus: & complenda confidimus. Veruntamen & vetuſtiſſima & noua in Gene. 22.

D veteribus pręfigurabantur, ſicut ſcriptum eſt, ecce noua facio omnia, quod toties fit, quoties myſteria in lege abdita, in lucem eruuntur, a docto patre familię, cuius vox eſt in canticis. Cap. 7. Omnia poma noua & vetera ſeruaui tibi. Vt det inquit cibum ſeruis & familię in tempore ſuo. Matt. 24. Luc. 12 Sequitur. Et factum eſt cum conſumaſſet ieſus parabolas iſtas. Et cætera. Iſte textus Mat. Cap. 13. Vſq; in finem capitis poſitus eſt ſupra lib. 4. Ca. 9. Et habet Marci ca. 6. Dicit aũt Theophila. Propt id qd hic dicit Matthęus: & ſcãdalizabãtur in eo. Oportebat ſane magis gl'iari q tm bonũ pria eorũ ptulerit. Eſto aũt ꝙ hõ hũilis fuerit dñs Ieſus, an nõ & de?? Quid obſtaret magnũ illũ i miraclis fieri? Cõ pbãt igit inuidi & iſipiẽtes, & q nihil aliud ſapiebãt, niſi qd ipi erãt/caro & nõ ſpũs. Sequtur Frs aũt habuit dñs & ſorores Ioſeph filios, qs genuit ex vxore fris ſui Clope. Mortuo em abſq; liberis Clopa Ioſeph iuxta legẽ vxorẽ ei? accepit, & pueros pcreauit ſex, qttuor mares fęminas duas, Iacobus: Ioſes, Simõ Iudas, Maria quę dicebat Clopa filia Clopa iuxta legẽ & Salomẽ. In plogo ſup Apoca. 21. Theophil.

E Ioãnẽ addit tertiã filiã: & vocat eas alijs noĩbus v; Marthã Eſther, Salomẽ. Sed ſi Salome filia eſt Ioſeph, quomõ eſt ſoror immaclatę virginis? Quomõ in quã eſt filia. S. Annę? Dicit doctor his ꝙ eſt ſoror virginis cognatione, quia eſt filia viri ſui. Idem dicendum de Maria Clopę quam Ioannes Cap. 19. Expreſſe vocat ſororem immaculatę virginis. Hec poſitio ſi vera eſt, Ioannes euangeliſta & chriſtus dominus, non video quo gradu conſanguinitatis copulentur ad inuicem. De hoc alij viderint. Certe non videtur improbabilis hęc poſitio. Cui tamen hęc non placent, diem dicant Fabro epiſcopo: ego iudex nolo eſſe, vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet. Poſitio tamen iſta ex diametro pugnat cum intentione Hieronymi qui aſſeuerat Ioſephũ ſanctũ virginẽ fuiſſe. Finis. Explicitur liber quintus.

Tunc acceſſe-

Reservado de COLEGIO de JALISCO

# LIBER SEXTVS INCIPITVR.

## Caput. I. De phariſęis notantibus diſcipulos domini, ꝙ manducarent panē illotis manib⁹, ꝙ merito reprehēdūtur de ſua iuſticia ꝑ poſtera.

Matth. 15 TVnc acceſſerunt ad eum qui ab hieroſolymis venerant ſcribę & phariſęi: Marcus, & cum vidiſſent quoſdā ex diſcipulis ſuis cōib⁹
Marci. 7. manibus id eſt nō lotis mādu care panes, vituperauerunt. Phariſęi enim & omnes iudęi niſi crebro lauerint manus: nō māducant: tenētes traditiones ſeniorū, & a foro veniētes: niſi baptizentur, nō comedūt. Et alia multa ſunt quę tradita ſunt illis ſeruare baptiſmata calicū & vrceorū & ęramētorum: & lectorū. Et interrogabant eū phariſęi & ſcribę. Quare diſcipuli tui nō ambulant iuxta traditiones ſeniorū? Sed cōibus manibus manducāt panē. Mattheus. Nō enim lauāt manus ſuas, cum panē māducant. Quod dicit & lectorū, lectos appellat Marcus ſpōdas vel ceruicalia in quibus accumbebant ſumentes cibum, nō ſolum in quibus dormitur. Hec igitur oīa ſcribę & phariſęi venerabile reuera ac ſuſcipiēdum genus hoium qui ſoli ſibi iuſti ac ſapientes videbantur non enim ſanctęſcebāt: Sed erant ſanctiſſimi. Frequenter lauabāt: & morē hunc a deo ſuperſticioſe obſeruabāt, vt etiā ſi fame diſcrutiarent, nō caperent cibum, niſi prius lotis manibus, vrceis & ceteris. Faber: Vt ſuam auaritiam explerent hęc ſtatuerunt. Nam qui manus nō lauiſſet manducaturus panē, delatus, reprehendebatur vt tranſgreſſor, & purificatione aliqua redimebat offenſam. Vide lib. 5. Cap. 14. Aliqua bona de hac materia. Iuxta quod dicit Hieronymus, licet alias vna quęꝙ gens habeat ſuas cōſuetudines (verbi grā) quia iberes ouiū loco canes alunt, Bachirij ſi quādo a morbo reualuerint canibus ſe obijciūt, Sidones parētes deuorāt, excepto capite quod inaurant, Tibareni poſt vxoris partum ipſi per inde quaſi pepint, reuincto capite cubant, Sauromatę inter pocula filias vendunt, Gordij eū regem creant, qui ſit corpulentior, perſarū mos eſt inter pocula cōſultare, hec in quā cum ſint propria ſingularū gentiū, viciū tamen publicę cōſuetudinis illud eſt: ꝙ in minimis ſumus oculatiſſimi ante & retro: Iani bifrōtes & Argi, cęterū in maximis negligentes, hoc eſt iuxta ſentenciā ſaluatoris liquam culicem, camelū glutimus. Videmus feſtucam in oculo alieno, trabem nō videmus in noſtro. Matth. 7. Horū figuram ſatis cōgrue geſſit Dauid, qui a corde ſuo percuſſus eſt: quādo oīā pręcidit chlamidis regis Saul, peccatum reuera nō admodū grāde. Quādo autem occidit Vriā fidelem militem, & vxorem eius collocauit in ſinu ſuo, nō eſt percuſſus (ſed regibus licet quicquid libet) a corde ſuo, ſed nuncianti ſibi mortem Vrię, dic inquit Ioab duci exercitus. Hec dicit rex. Nō te frangat iſta rex. Nam ipſum Dauid vſꝗ adeo nō fregit, vt morte Vrię vel maxime ſit gaudio affectus. Et addens peccatū pctō: miſit ſtatim & tulit & duxit quā polluerat, trāſlato videlicet lutu mariti, qui vt ego reor vno die finitus eſt cum alioqui fletus hic fuerit quaſi ad nouercę tumulū. Quod tunc ſit, quādo geſtu dolemus, cū re gaudeamus. Nō enim cōſentaneū eſt, priuignum moleſte ferre nouercę mortem. Et tamē officij cauſa nōnūꝗ ad tumulū illachrymat. Ita dicit mimus publius in ſimili, hęredis fletus ſub perſona riſus eſt. Bethſabee ex muliere adultera facta & regis vxor, mirabile dictu, mater Salomonis: imo & veri Salomonis. Ad hūc modum Herodes prophanas timuit ius iurādum, nō horruit tanti viri homicidium. De iuſtis autē ſcriptum eſt. Luc. 1. Erāt iuſti ambo ante deum: incedentes in oibus mādatis eius, ſine querela, hoc eſt dilecti erāt deo & hoibus. Ecci. 45. Item illud. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filij mei: ecce cauet maxima, & benedixerint deo in cordibus ſuis, ecce minima. Cauebat in filijs peccata opę perpetrata, quę generāt mortem. Iacobi 1. Cauebat peccata in ſola cogitatione. De hoc Eccē. Cap. 8. Vidi impios ſepultos, hoc eſt ſepulchra de albata (qn̄ quidē habētes nomē viuorū, mortui erāt. Apoc. 3) Qui tñ dum viuerēt, in loco ſancto erāt (idola abomināda) fulti tēporali dignitate, & laudabātur in ciuitate quaſi iuſtorū operum, induti cōtra legis pręceptū veſtem ex lino & lana cōtextam, Deut. 22. Dicitur ſiquidem de multis qui in loco ſancto ſedēt: noſter prędeceſſor bonę memorię (prudens lector mecū eſto) quorum tñ dominus nec memorerit per labia ſua. ps. 15. Nec noſtra refert inquirere quo pręceſſerint ſucceſſores ſuos iſti prędeceſſores, qui cū viuerent, in loco ſancto erāt. Sed iā aperiamus cur iſta premiſimus Hieronymus. Mira phariſęorū ſcribarumꝗ ſtulticia: dei filiū arguunt, quare diſcipuli eius hominū traditiones nō ſeruent. Nō enim lauant manus &c. O deploratā cæcitatem, & oradura. Quis hos cenſores ferat? Quis ve Momis iſtis Argis etiam ſi ſanctior ſit phariſęo illo qui nō erat ſicut cæteri, ad plenū ſatis fecerit? Vitupauerūt inquit diſcipulos dñi, ꝙ manibus cōibus veſcerentur pane, probrum crucedignū. Proh ſuperi. Quomō nō eſt apta terra & deglutiuit homines, qui tatum flagitij perpetrarūt. Quod illud? Nū adulteri erāt, aut homicidę, nū cōpilatores aut blaſphemi? Nō ſed māducabāt panem cōibus manibus ō. Nō lauāt manus. Notatur Cimō ꝙ loquebatur altius ꝙ deceret principem. Paniculus excreabat frequētius, Lycurgus de ambulabat demiſſo capite: Scipio ſtertebat inter dormiēdum: Cato vtraꝗ eſitabat e mādibula: Pōpeius vno ſe ſcalpebat digito, Iulius. C. male hoc eſt laxo cingulo ambulabat. Et tamen in his principibus ſatis multa erāt que digna erāt laude humana ſaltem, tñ hoſtes etiā in iunco nodum quęrunt. Et fortaſſis dñs Ieſus (iuxta Abulenſem) de induſtria id fecit, & obliuionem immiſit quibuſdam ex diſcipulis, vt illotis manibus, ad menſam accederent, pręſentibus phariſęis, vt animaduerteret ... ſam haberet coargu... di phariſæorum pręposteram iuſticiam, qui ſicut ad maxima crimina erant Talpę, ita admi-

Faber. · Hierony · Mores · Match. 23. · Figura · Prouerbiū · Marci. 6 · Luce. 1 · Iob. 1. · Matt. 23 · Matth. 24 · Hierony. · Luce. 18 · Abulenſis

F G H I K

EL COLEGIO de JALISCO

Ita ad minima erant Agri, eo res mortalium deuolutę ſunt. Habebant autem Sacerdotes inter cætera
templi ornamenta & labrum ęneum in quo lauabantur aggreſſuri miniſteria templi: idq; labrum ſpe-
culis mulierum ornatum erat, Exodi. Capite. 38. Vt ſiquid maculę hęreret in vultu, inter abluendum Cantica
videntes abſtergerent. Et hęc erat tota eorum mundicies, dicente Synagoga vnum verbum, Nigra Figura.
ſum ecce interiora ſileni, ſed formoſa: ecce exteriora. De eccleſia autem aliter dicit Spiritus ſanctus.
Nolite me conſiderare ꝙ fuſca ſim, quia decolorauit me ſol, inter coquendos lateres. Exo. Capite. 5. Oīs
enim gloria filię regis abintus. Pſalmus Capite. 44. Sit licet & foris circunamicta varijs ceremonijs, quę
ſanctitatem quidem non faciunt tamen oportet habere teſtimonium etiā ab ijs qui foris ſunt. Vt homi-
nes qui ea dūtaxat: quę parent, vident, iudicare recte poſſint. Solus qppe deꝰ intuet cor. 1, Re. 16. Item il-
A lud Canti. 4. Quā pulchra es amica mea, ꝙ pulchra es. Ecce exteriora. Abſq; eo quod intrinſecus latet, 1. Timo. 3.
ecce interiorē & verā pulchritudinē. Et tamē phariſęi niſi crebro lauerint manus panē nō mādueāt, ani
inę enim nulla cura: quorū interiora plena erāt peſtibus mille. Iſte cū audiſſent ex ore Iudę: peccaui: & Matth. 27.
cętera. Quid dixerūt? Quid nr̄a id intereſt? Tua certe referebat, videre quid liceret tibi, mutare cōſiliū tibi
nō licet cū detrimento alterius. Deniq; tradētes dn̄m Pilato tanq̄ reū mortis, ipſi (ſi deo placet) prętori
um ingredi nō audēt, vt nō cōtaminarentur: ſed ſctificati, māducarent ſuū paſcha prophanū cōtamina
turi potius prętoriū, ſi ingrederētur. Vides eorū amentiam ſingularem. Aliud certe genus baptiſma tis
inducit ꝓpheta dicens, lauamini, mūdi eſtote &c̄. Eſai. 1. Chryſo. In extremā ergo lapſus miſeriam, ne
deſperes. Etſi nanq; in habitū veniſti, & quaſi in ipſam naturā vitij, ne timeas. Propterea nāq; non Chryſoſto.
colores euanidos ſed ſubiectis fere cōſubſtātiatos in cōtrariū dixit ſtatū vēturos. Si fuerint inquit pec-
cata tua vt coccinū, quaſi nix de albabūtur. Cęterū circa cultū corporis multos legimꝰ moroſiores: nō
B nullos aūt incurioſos. Iulius C. referēte Tranquillo, adeo moroſior erat, vt nō ſolū tōderetur diligenter Tranqllꝰ.
ac raderetur, ſed velleret etiā, quod & matronę quędā apud nr̄ates nō raro faciunt, vt placeāt hoibus,
an deo, ut ra nō refert diffinire. Itē de Othone. Faciē cotidie raſitabat, ac pane madido linebat, idq; inſti
tuit a prima lanugine ne barbatus vnꝗ eſſet, idest ne hō vnq̄ eſſet. De Aug. C. Ita refert. Adeo erat C. auguſtꝰ.
oīs lenocinij negligēs, & in capite comēdo incurioſus, vt raptim cōpluribus ſimul tōſoribus, opam da-
ret, eoq; ipſo tēpore aut legeret aliquid, aut etiā ſcriberet. Vides tātus princeps quāti fecerit mūditiam
corporis. Tranſgrediuntur inquit traditiones ſeniorum. Auguſtinus. Ad diſcendum nulla mihi ętas ſera Auguſtiꝰ.
videri poteſt, quia & ſi ſenes magis deceat docere ꝙ diſcere, magis tamen diſcere decet, ꝙ quid doceant
ignorare. Sed iſti non cauſa doctrinę cōueniunt magiſtrum, ſed vt de traditionibus hominum arachne-
arum telis, lana caprina litem excitent, terram miſcentes cœlo. Forte autem eius modi farinę multas
traditiones habebant cuiuſmodi C. Cęſar propoſuit Romano populo. Prima conſtitutio: vt vberi vi C. Cęſar.
C nearum prouentu bene dolia picarentur. Altera nihil equę facere ad viperę morſum ꝙ taxi arboris
ſuccum. Mirum ſi non inſtituit homo prouidus, ſi Cœlum rueret, quid faciendum. Lycurgi filius roga- Lycurgi filius.
tus de paucitate legum ipſius inquit, eos qui non multis vtuntur verbis, neq; multis legibus indigere.
Nihil grauius dici potuit. Non enim multis traditionibus opus eſt, ſed vnum tantum eſt neceſſarium.
Deniq; cum apud Anacharſum percrebuiſſet, Solonem leges deſcribere, quo populum regeret, operam Anacharſꝰ
eius & ſtudium vehementer irriſit, quippe qui exiſtimaret ſe iniurias ciuium ac cupiditates litteris co- Luce. 10.
ercere poſſe, quę nihil ab arachnearum telis differrent. Sed quemadmodum illę ſic hę ex captis animali-
bus debiles ac imbecilles detinent, a potentibus autem atq; locupletibus rumpūtur Id ita eſſe audi. Cū
Alexander poſtq̄ Clitum amiciſſimum ſibi ira pręcipiti iaculo confeciſſet, noctem ſequentem nūc vo
ciferans, nunc lamētans ſęuis exegiſſet luctibus, ipſius ęquales ea veriti ſilentia, iacebat enim elinguis, Alexander
nullis editis vocibus, in cubiculū irrumpunt. Cum autem Vates Ariſtander cum in ſomnio Clyti tum
alijs et prodigijs ea iam pridem ex fatorum ſerie obtigiſſe memoraſſet, tantus Nebulo, ſedari non nihil
D dolor viſus eſt. Cęterum Anaxarchus alia via agreſſus eſt. Hiccine inquiens, hic eſt Alexander, quem
cum orbis terrarum perſpectet: is more mancipij luget abiectus, hominum leges & ignominiam refor- Anaxarch
midans, quibus ipſe ſe legem & iuſticię metam conſtituiſſe debuerat, per illam quam victor obtinet ma
ieſtatem. Non autem inanis cuiuſdam glorię cupiditate victum, ſeruilem animum induere. An igno-
ras inquit pro inde fas iuſq; cominus aſſidere Ioui, vt quicquid Reges perpetrauerint, licere iuſtumq;
eſſe? Hac vſus oratione Anaxarchus adulatione plena, ęgrum Regis leuauit animum, & calcaria
adhibuit ad ſimilia patranda, hoc eſt gladium tradidit furioſo. Stultiſſimus autem virorum Ale-
xander, ſi fidem priſtitit tanto blacteroni. Patet ergo ex dictis, humanas conſtitutiones nil aliud
eſſe ꝙ arachnearum telas. Ceremonię autem vnde dicantur vide Valerium Maximum libro pri-
mo, Capite primo. Nam quod dicit Alexander de Ales & alij eum ſequuti: non poſſum perſuade-
ri id illos ſerio dixiſſe. Transgrediuntur inquit traditiones ſeniorum. Traditionem inquit παράδοσιν. Nec enim queruntur de omnibus, ſed de vna dumtaxat paradoſi. Si autem pręcepta iudę-
E is data per Moſen, pręcepta non bona vocantur Ezechie. Capite vigeſimo. De ipſis arachnea-
rum telis quid ſentiendum ſit videto. Hieronymus. Non dixit, dedi eis pręcepta mala, ſed non Hierony.
bona, non enim ſequitur, hoc non eſt bonum, ergo eſt malū. Quod ſi ceremonię legales non bonę erāt
quid eſt ꝙ phariſęi calumniantur apoſtolos: quaſi inſtitutionum humanarum trangreſſores? Chryſoſt. Chryſoſto
Non bona dixit hoc eſt nihil magnum ad virtutē cōferētia, vnde ſubiunxit, iuſtificationes in quibus nō
viuent. At qui ſuperius dixerat, quę faciens homo viuet in eis. Viuet, quia nō occidetur tanq̄ legis trāſ-
greſſor, morbos peſtes effugiet & bellorum incurſus, & bona terrę comedet. Nō viuent aūt, q̄a lex nihil
duxit ad perfectum. Heb. 7. Et iuxta Chryſoſt. Talia pręcepta data ſunt eis, vt eorum licentia cohibe- Chryſoſto
retur, qui



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

retur,qui in oĩa mala ꝓni erãt.Et reuera ſi phariſgi ſeruaſſent quod eis mãdarat Moſes Deut. Cap. 4
Nõ oneraſſent miſeram pl ebẽ tot traditionibus inutilibus,vt merito Petrus legẽ iugũ vocet intolerã
bile.Nõ addetis inquit ad verbum quod vobis loquor,neq̃ auferetis ab eo. Iſti igitur leuiora traditio-
Act 15. nũ ſuarũ ad vnguẽ ſeruab it,grauiora nec digito attingebant.Erat & locus Romę vbi cautum erat,ne
Math.23 alicui deſpuere liceret,ꝙ ibi ſacra quędã iuiſſent occultata,adeo plena ſunt oĩa humanis inſtitutis:&
diſi dæmonijs.Nõ lauãt inquit manus.At qui ſcriptum eſt Deut.Cap.25.Nõ habebis domi diuerſa põ
dera,aliud ad accipiendũ, aliud ad vendẽdũ.Gregorius.Scimus ꝙ valde claudit oculũ cordis amor p/
Gregorius uatus.Sũt eñ multa quę nos cõmiſimus,quę id circo nobis leuiora videtur,qa oculis clauſis nobis in
nr̃a deceptione bl.dimur. Quo fit,vt & nr̃a grauiora leuiter & proximorũ mala leuia grauiter iudica
mus.Dignus eſt morte qui hoc fecit,hoc aũt dixit Dauid,neſciens ꝙ cõtra ſe ſententiã ferret, at poſtq̃
2.Reg 12 audiuit,tu es ille vir qui feciſti hoc,nõ confirmauit ſentẽtiam:dicens fixũ eſto quod loquutus ſum:ſed
2.Reg.19. appellationẽ inter ponit dicens,peccaui dño.Vere ergo dixit Gregorius: priuato nos amore diligimus
(id aũt fons eſt oĩum malorũ)& diuerſa penes nos habemus põdera.Sed ad rẽ, Athenienſes habebant
athenĩẽſes optimas leges,quas quia optimę,Romani mendicauerũt ab eis,cęterũ ingenia habebãt barbara.Vn-
de factũ eſt vt nõ ingenia legibus,ſed leges deſeruirẽt ingenijs,ſicut dicitur de Liſbia regula.Ita iudæi
Hiere.2 dura ceruice legẽ quidẽ a ſęculo cõfregerant,imo ante cõfregerũt q̃ ad eos ferretur Exo.32, Cõſtitutio
nes aũt ſuas ad viuũ faciebãt obſeruari a populo,in eis prorã & puppim ſanctitatis mẽtitę cõſtituen-
tes. Et cũ propria vinea nõ cęderẽt iuxta prouerbiũ,ſiquidẽ magiſtratus & alienę vitę cẽſores in pri/
mis ſuos ſuorũq; vitã corrigunt,diſcipulos dñi virga Mercuriali & cẽſoria notabãt neglectę religionis
Prouerbiũ Vere dixit ſapiẽs,ſtatera doloſa abominatio eſt ante deũ.Prouerb.11. Gloſa,Vel pecunię vel iuditij,vel
dum quis meliora ſua bene geſta q̃ proximorũ iudicat,ſicut phariſęus ille,& male geſta leuiora.Vel ſi bo
na agit in publico,mala in occulto:accuſat de riſu ſolutiore vxorẽ,cũ forſan ipſe vim intulerit alienę,
imponit onera,quę nec digito tangit. Trãſgrediuntur traditiões ſeniorũ.De his ſenioribus vide Num.11
Nicolaus. Hi iuxta Nicolaum ab illo tẽpore ſemp permanſerunt in populo iſrael:& inſtituebãtur p impoſitionẽ
manus & reſidebãt in hieruſalẽ.Fiebatq; ad eos recurſus(Vide alias fabrũ)in ambiguis (Deut.17.)&
difficilibus quæſtionibus,quorũ decretũ vim legis habebat,quam tranſgredi nefas erat.Hi ſtatuebant
multa ad cõmunẽ populi vtilitatẽ,quorũ vnum hoc erat ad honeſtatẽ pertinẽs,lauare manus &c. Et
obſerua:ꝙ cũ dicũt,q̃re diſcipuli tui &c.Nõ hoc inquirũt velut volẽtes ſcire,vtrũ nã ꝓbabilem aliquã
cauſam Chriſtus pro illorũ excuſatione afferret:putabãt enim nullã nec vel ſaltẽ apparentẽ poſſe ad-
duci,ſicut ſi dicatur alicui,quare adulteriũ perpetraſti:Dñs igitur Ieſus nõ ferens tã improbã de re nihi
Math.23 li cauillationẽ,percutit illos acriori criminatiõe,ac ſuo eos fune ligat. Imo inquit,quare vos trãſ-
gredimini mandatũ dei propter traditionem veſtrã:Nã deus dixit,honora patrẽ tu
um & matrẽ,& qui maledixerit patri vel mr̃i,morte moriatur. Vos aũt dicitis.Qui
cũq; dixerit patri vel matri,munus quodcũq; ex me eſt,tibi proderit: & nõ honorifi
cabit patrẽ ſuum aut matrẽ.Et irritũ feciſtis mãdatũ dei propter traditionẽ veſtrã.
Marc⁹ ita dicit. Vos aũt dicitis,Si dixerit hõ patri vel matri, corbã quod eſt donũ qđ
cunq; ex me tibi profuerit,& vltra nõ dimittitis eũ quicq̃ facere patri aut matri, reſ-
cindẽtes (abrogãtes)verbũ dei per traditionẽ veſtrã quã tradidiſtis: & ſimilia hu-
iuſmodi multa facitis.Hierony.Falſam ergo calumniam vera reſpõſione cõfutat. Et licet multos
Hierony. potuerit impingere lapides nempe non.5,ſed quingentos,nam inquit ſimilia multa facitis,vnico tamen
deiecit fortes iſtos Golias ſpurios,& dẽtes eorũ cõtriuit in ore ipſorũ.Cęterum textus iſte prout iacit,
1.Reg.17. ordinari nõ poteſt,ſed eſt oratio in abſoluta ac pro inde multipliciter exponitur a multis.Sciendũ pri
mo ꝙ corbã vel carbam donum ſignificat hębreis,ſed id tãtũ quod in tẽplo offertur,vel tẽplo dicatur.
Vnde & locum in quo huiuſmodi dona ſeruabantur Corbanã vocabãt teſte Hieronymo.Quidã igit
Corban. v̾ba hęc,munus quodcũq; filio tribuũt qui ſic loq̃tur patri. Donariũ quid ex me vẽturũ erat in corbã
ideſt Gazophylatiũ tẽpli,id totũ cõſumit in tuos vſus,tibiq; iuuãdo impẽdit,nimirũ fraudato tẽplo.
Ideo ergo dixit phariſęis,vos aũt dicitis,ꝙ illi docerẽt liberos ad eũdẽ modũ loq̃ parẽti q̃ patres dũ me
tu ſacrilegij abſtinebãt ab ijs quę videbãtur donata tẽplo,penuria cõficerẽtur, atq; ita q̃d impẽdẽdum
erat iuuãdis parẽtib⁹ lege naturę et Moſaica:id in lucrũ cedebat ſacerdotũ,ꝓpť ſuã traditionẽ.Alij reſe
rũt hec ad phariſęos,q̃ his verbis terrerẽt creditorẽ,grauãtẽ ſoluere q̃d deberet: Nã arte id agebãt pha-
riſęi,vt ſi quis debitor eſſet,vnde vel ob inop... ...pia vel ob potẽtiã nil poſſet extorqueri, creditor pecuniã
eã cõſecraret Corbonę,ſãq; ius exigẽdi ... trãſierat ad iſtos,qui debitorẽ terrebãt adhũc modũ. Tu pecu-
niã deo dicatã apud te detines,& in ... profanos cõſumis vſus qđ tẽplo cõſecratũ ẽ,atq; ita fraudabatur
creditor pecunia. Verũ hic ſenſus n... ...õ facit ad honorẽ parẽtũ,niſi forte creditor illã pecuniã daturus erat
parẽtibus.Eſt aũt ſenſus:vt filius ... dicat,quidquid tẽplo dicauero,id pr̃i impẽſum eſt,nẽpe deo q̃ loquit
apud Malachiã,ſi ego pr̃,vb... eſt honor meus? Atq; ita irriſum parẽtẽ deſtituat.Põt aũt textus ſic legi.
Quicquid muneris a me ... ...tũ erat,id in tuũ v̾titur cõmodũ,& nõ honorificabit prẽm ſuũ aut matrẽ
Cap.1. nempe filius ſic edoctus a ... ...obis.Hierony.Phariſęi puertẽtes iura naturę,docebãt filios vt dicerẽt ad
parẽtes,qui filios cõuenie... ...ant vt eos alerẽt,& redderent beneficia ſenibus quę paruuli & in cunis agẽ
Hierony. tes acceperant.Donũ ... alcari ſum pollicitus:& in tẽpli dona promiſi:ſi tu a me accepis cibos,verte-
Theophy. tur in tuũ refrigeriũ, ... qđ ... ita fiebat:vt cõfectis egeſtate parentibus,ſacrificiũ offerrẽt filij,qđ ſacerdotes
Ambroſ⁹ vorarẽt.Quõcũq; e... atq; ita fiebat ... Ambro.Sup Lucã.Pa... ...ponas,ſenſus eſt ꝙ parẽtes fraudabãt adimẽſo tuo, opa & fraude ſacerdotũ.Am
bro.Sup Lucã.Pa... ...ponas,ſenſus eſt ꝙ parẽtes ... adhuc nõ reddidiſti dolores,nõ cruciat⁹ q̃s ꝓte paſſa ẽ.
...ce pentes. Et ſi pauperis mr̃ez,adhuc nõ reddidiſti dolores,nõ cruciat⁹ q̃s ꝓte paſſa ẽ.
Non obſequia

El Colegio de Jalisco

Nō obſequia quibus te illa geſtauit, alimēta quę tribuit tenero pietatis affectu immulgēs labris tuis vbe
ra, nō reddidiſti famem quā pro te illa tolerauit, ne quid quod tibi noxium eſſet ederet, ne quid quod la
cti noceret, hauriret. Tibi vigilauit, tibi fleuit, & tu illam egere patieris? Si nō donaſſe extraneis graue
eſt, quāto grauius excludere parētes? Sed dicis, te quod eras parētibus collaturus eccleſię malle conferrę.
Nō quęrit donū deus de fame parentū. Dicit phariſęis dñs, vos quare dicitis parētibus quos lex prece- Exo. 20.
pit honorari, munus quodcūq; &c. Ideſt cū petat aliquid ad ſumptū egens pr̄ aut mr̄ a filio, quia legē
timens, excuſationē nō dandi requirit, dicere ſolet, munus quod ex me eſt tibi proderit, vt dicatā Deo
pecuniam, pr̄ religioſus accipere formidet. Sed hec traditio hoium eſt excuſationes obtexētium auari-
tię ſuę. Nā ſi iuxta diuinum oraculū cōtumelia parētis morte luitur, quāto magis fames, quę morte gra
A uior eſt. Quo loco dñs inſolētem infrenat iactantiā. Multi enim vt prędicētur ab hoibus, eccleſię cōfe-
runt, quę ſuis auferunt, cum miſericordia domeſtico progredi debeat pietatis officio. Itaq; iudęi dū ho-
minū traditionē ſequebātur, dei negligebāt, diſcipuli qui loti a dño erant, manus nō lauabant. Vno em̄
baptiſmate chriſtus oīa ſoluit baptiſmata. Ad hec Plato. 11. De republica. Cuius ergo pater aut mater Plato.
vel horū parētes ſenio cōfecti quaſi theſaurus quidā domi iacit, is putet nunq̄ aliud ſibi tale ſimulacrū
magis q̄ efficax domui ſuę affuturū, ſi recte vt decet ab eo colitur. Nā Œdipus cōtemptus a filijs, ea il-
lis imprecatus eſt: quę exaudita effectaq; a dijs apud oēs feruntur. Nihil enim imprecatione parētis nō
iniuria pernitioſius filio. Nemo vero cum parentes ab eo contemnuntur, tunc ſolum putet, adeo ora-
tiones eorum exaudiri, ſed cum etiam honorantur, ac ideo cum lectiores bona liberis a dijs petunt, exau
diri eos ſimiliter exiſtimare debemus: atq; ideo nobis ęqua inde diſtribui, aliter dij iuſti non eſſent, qđ
abſit. Hec ille. Pietas vel maxime cōmendatur in ciconijs: quę parentes ętate feſſos alunt, iuxta prouer
B bium Antipelargim. Honos his ſerpentium exitio tantus, vt in Theſalia capitale fuerit occidiſſe, eadem
legibus pęna quę in homicida. Plinius. Quod Plato multorum meminit, non mireris. Gentilis em̄ erat
de quo alias latius. Subijciamus orationem legatorum Romanorum ad. M. Coriolanum ducem Volſ- Hiſtoria.
corum, quem Romani patria pepulerant. Suademus tibi numen quod tibi aſpirat moderari, & fortuna
parce vti: cogitanti q̄ res omnes mutationem habent, nec aliquid in eodem permanere diligit. Sunt em̄
dijs excellentia omnia odioſa: & vbi ad arcem illuſtrationis venerint, vertuntur rurſus in nihilum. Ne-
mini enim mortalium dij futurorum ſcientiam vt haberent dedere certam. Nec inuenies ex omni ęuo
cui res omnes ex ſententia venerint. Itaq; ſi ſapis: finem prius expecta q̄ incipias, nec tantum alterum
quod euenire velis, ſed quod ſit quoq; pręter ſententiam euenturum. Primum ergo miſſi ſunt ad eum
legati. 5. Secundo decem. Tertio ſacerdotes plurimi & illuſtriſſimi. Quarta igitur vice veniunt matro- Sabellicus
nę Romanę mulię quidem cum infantibus, pręcedente eas vetruria matre coriolani tum & Volūnia
C vxore cum duobus paruulis. Miratus eſt vero Coriolanus mulierum audaciam: q̄ auſę eſſent ſine ho-
minum cuſtodia ad vallum hoſtium venire cum filijs: ac pudoris amplius rationem non facientes, in-
ſuetis hominibus videri, neq; metum periculorum ęſtimantes dum modo conſulerēt patrię. Deniq; ma
ter cum cęteris intra vallum recepta, atq; humi ſedente. Coriolanus a ſe ſedē adiecit, haud oportere ra-
tus locum ſe altiorem habere q̄ matrem: neq; vti poteſtate ſe aduerſus eam vlla. Deniq; orationem ha-
bitam ad filium tali fine Vetruria clauit. O dij principat? Romani cuſtodes, date pias pulchras q; Mar
tio cogitationes, & vt nuper adueniente me, ſecures depoſuit, & humi ſellam remouens a tribunali po
ſuit, cętera q; omnia quibus lex ornat imperatorios magiſtratus, clarum omnibus feciſſe volens, q̄ ſe
alijs quidem imperare, matri vero ſub eſſe conuenit: ſic nunc ipſe me honoratam circunſpectam q; fa-
ciat elargiens q; communem patriam, pro infęliciſſima me fęliciſſimam fęminarum omnium demonſ-
tret, ſin [illegible] licitum q̄ eſt, filij genibus ob voluī matrē, hūc etiā & aliū humilē habitū p̄ ſalute pa-
trię miniſterium q; tolerabo. Et hęc dicēs, ſeipſam proiecit humi: atq; complectēs manu vtraq; pedes Martij
D filij deoſculata eſt. Cadēteq; ea, matronę cęterę exclamauerunt omnes vlulatum altū & longum. Qui
vero erāt in cōſilio Volſcorum nō pertulerūt veritatem aſpectus, auerterūt ſe ab eo. Ipſe vero deſiliens
de ſella, circūcadenaq; [illegible], erexit eam de terra Paulū ſpirantē, atq; cōplectens. Multas q; effundens la-
chrymas: dixit. Vincis mater nō fęlicem victoriā, nec tibi, nec mihi ſeruaſti p̄triam Me vero piū charita
tis p̄ plentiſſim in illum perdidiſti. Breui enim poſt hec lapidibus obrut? eſt a Volſcis. Dixit autem mater
referēte Val. Max. Lib. 5. Cap. 4. Expugnaſti & viciſti irā meā. Patriā, precibus huius admonitus cuius
vtero cōceptus ſum te q̄uis merito mihi inuiſam vtero huic dono. Cęterū Nero monſtrū humani ge- Val. M.
neris minis territus matris, perdere eā ſtatuit. Et cū veneno ter tentaſſet, ſentiret q; antidotis premunitam Suetonius
lacunaria quę noctu ſup dormiētē laxata machina deciderēt pauit. Hoc cōſilio p̄ cōſcios parū celato, ſo Nero.
lutilē nauē cuius vel naufragio vel camerę ruina periret cōmentus eſt. Sed vt eā nando euaſiſſe comperit
inops conſilij, Lucius Agerinum libertum eius incolumem eam cum gaudio nunciantem, obiecto clam
E iuxta pugione, vt percuſſorem ſibi ſubornatum, arripi conſtringi q; iuſſit, matrem p̄ occidi, quaſi depre-
henſum crimen voluntaria morte vitaſſet. Adduntur his atrociora, ad viſendum interfectę cadauer oc
currēs (pij filij auertite aures, oculos claudite) cōtrectauit mēbra, alia vituperās, alia laudās, ſitiq; interim
oborta, bibit. Nec tamē ſceleris cōſcienciam quāq; & militum & ſenatus populi q; grattulationibus
cōfirmaretur, aut ſtatim aut vnq̄ poſtea ferre potuit, ſępe cōfeſſus exagitari ſe mr̄na ſpecie, verberibus
furiarū ac tędis ardētibus. Vnde eo viuēte, viſa eſt Romę ſtatuę eius a copera deligata: ſimulq; titulus
Ego q̄d potui? Sed tu culeū meruiſti, dicēte lege, q̄ ſuſtulerit prēs vel mres, morte moriat. Ad hec Plato
10. De republica. Si ciuis Athenięſis ſacrilegus in deos, aut parētib? imoriger? vel prię p̄ditor dep̄hēſus
fuerit, hūc iudex q̄a ex puero bene doctus educatusq;, a maximo ſcelere non abſtinuit (obſerua verum



Acervo reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Platonis,maximũ ſcelus)ſanari nõ poſſe exiſtimet,pęna huic mors,malorũ minimũ,vituperatus autẽ vt exẽplo alios iuuet,extra fines ꝓdatur.His enim qui inſanabiles ſunt,ſatius eſt mori ꝙ̃ viuere,ac ſi vita priuẽtur,duplicit̃ prodeſſe cęteris,nã horum exẽplo cęteri trrẽntur,& improbis hoibus ciuitas mũdatur.Et infra.Quicũq; parẽtibus aut auis inferre man⁹ auſus fuerit:nec ſupiorum indignationẽ deorũ, nec inferiorũ ſupplicia veritus,ſed quaſi neſciat quę ſcit dicta a priſcis hoibus diſpiciens,preuaricat:is vltimo vt expietur ſupplicio eget. Mors aũt vltimũ nõ eſt,ſed extrema magis ſunt inferorum ſupplicia quę licet veriſſime narrẽtur,auertere tñ huiuſmodi aĩos nequeũt.Q̃ ſi auerterẽt, nulli qui parẽtes pul

Origenes. ſarẽt vnq̃ repirentur.Ita dicit Origenes ſup leuiticũ.Nomẽ pr̃is grãde myſterium eſt,& nomẽ matris arcana reuerẽtia eſt.Pr̃is miniſterio in carne natus es,labore etiã matris curaq; & miniſterio nutritus es.Nullo ergo genere aduerſus eos habẽdũ eſt certamẽ,nec verbo quidẽ,ipſi viderint. Quãtũcunq; detulerimus obſequij,nõ dum reddidimus vicẽ gratię qua geniti ſumus fortaſſis & eruditi,& honeſtis ar tibus inſtituti,& ipſis autoribus agnouimus deum:& ad eccleſiã dei venimus.Propter hec oia honora parẽtes,& q maledixerit eis moriatur.Leui.24.Hoc eſt eadẽ pęna plectat̃ qua & q nomẽ dei blaſphe

Plinius. mauit.Ad hec Plinius lib.7.Cap.36.Pietatis exẽpla infinita ſunt,ſed Romę vnũ,cui cõparari cũcta nõ poſſunt.Humilis in plebe & ideo ignobilis puerpa ſupplicij cauſa carceri incluſam mr̃em cũ impetraſſet aditũ a ianitore,ſemp excuſſa nequid inferret cibi,deprẽhẽſa eſt vberibus ſuis alens eã. Quo miraculo ſalus matri donata filię pietate eſt,ambę q; ꝑpetuis alimẽtis,& locus ille eidẽ conſecratus eſt deę templo pietatis extructo in illius carceris ſede. Vides ꝙ̃ merito phariſęi tanq̃ de generes filij Cham & non Abraham notantur,ꝙ cum ipſi primum mãdatum ſecundę tabulę darent peſſum,conſulentes auaritię ſuę,diſcipulos Chriſti mordebant,ꝙ ſcita ſeniorum parui ducerent,vnde audierunt iuxta Marcũ. Relinquentes mandatum dei,tenentes traditiones hominum:baptiſmata vrceorum & calicum.Bene reijcitis mandatum dei vt traditionem veſtram ſeruetis.Quod ꝙ̃ ꝑ ductricis frontis ſit nemo non videt.Vnde audierunt quod ſequitur.

## Caput.ij.Vocantur hypocritę:vt pote quorum omnis gloria a foris erat,cum cor ſit fons & origo omnium malorum:parum autem aut nil confert ad animę mundiciam:manducare lotis manibus.

Hypocritę bene prophetauit de vobis Eſaias dicẽs. Populus hic labijs me honorat:cor aũt eorũ lõge eſt a me. Sine cauſa aũt colũt

12.Diſt.C. Omnia. me:docẽtes doctrinas:mãdata hoium.Principio ſciẽdũ hypocritas du

Matth.7 plices eſſe,nã alteri induta perſona ſe ſe alios mẽtiũtur,de ꝗbus dicitur, intrinſecus aũt ſunt lupi rapaces,nã ad extra oues ſunt. Alteri quibuſdã mẽtitis coloribus facie delibuta,ſimilr̃ mentiũtur id qđ nõ ſunt:demoliẽtes facies ſuas.Eſt aũt tertiũ genus eorũ q pallorẽ induũt & ſanctitatẽ ſimulãt ieiunijs cõfecta facie.Ad vnum aũt hypocritã tria reqrunt.Primũ ꝙ malus ſit.Secũdo ꝙ bonitatẽ ſimulet in actu exteriori.Tertiũ ꝙ intẽdat ꝑ hoc gl'iam aucupari humanã:& ꝑ hoc tertiũ a cęteris pctõribus diſtinguit̃.Occultare eñ pc̃m:nõ eſt malũ,ſed falſę iuſticię ſpẽm pr̄e ſe ferre, vt inde gloriã veneris:id malũ eſt.Iuſtus eñ imitat̃ naturã,hypocrita aũt artẽ.Natura primũ format cor(id nunc

